John Adams Library,



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF No

* ADAMS

142.6

'aude: ſed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi: lex eſt accepta: chorúſque
Turpiter obticuit ſublato iure nocendi.
Nil intentatum noſtri liquere Poetæ,
Nec minimum meruere decus, veſtigia Græca
Auſi deſerere, & celebrare domeſtica facta,
Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.

*Fabula generale nomen eſt: eius duæ primæ partes ſunt, gœdia & comœdia. Si Latina argumentatio ſit, prætex-a dicitur. Comœdia autē multas ſpecies habet: aut enim liata eſt, aut togata, aut tabernaria, aut attellana, aut mus, aut rhyntonica, aut planipedia. Planipedia autem ta ob humilitatem argumenti eius, ac vilitatem acto-n, qui nō cothurno aut ſocco vtuntur in ſcena, aut pul-o, ſed plano pede: vel ideo quod non ea negotia continet, æ perſonarum in turribus, aut in cœnaculis habitan-m ſunt, ſed in plano & humili loco. Perſonati primi e-'e dicuntur Comœdiam Cincius & Faliſcus. Tragœdiam nutius & Prothonius. Omnium autem Comœdiarum ipta ex quatuor rebus omnino ſumuntur, nomine, loco, to, euentu. Nomine, vt Phormio, Hecyra, Gurgulio, E-licus. Loco, vt Andria, Leucadia, Brunduſina. Facto, vt nuchus, Aſinaria, Captiui. Euentu, Commorientes, A-hi, Heautontimorumenos. Comœdiarum formæ ſunt Palliatæ, Græcum habitum ferentes, quas nonnulli ernarias vocant. Togatæ iuxta formam perſonarum, bitum togarum deſyderantes. Attellanæ ſalibus & iocis npoſitæ, quæ in ſe non habent niſi vetuſtam elegantiam. mœdia autem diuiditur in quatuor partes, Prologum, otaſin, Epitaſin, Cataſtrophen. Prologus eſt prima dictio, Græcis dicta πρόλογος, id eſt, antecedens veram fabulæ npoſitionem elocutio. Eius ſpecies quatuor ſunt, συστατικὸς, commendatitius: quo fabula vel Poeta commenda-r: ἀναφορικὸς, relatiuus: quo aut aduerſario maledicta, t gratiæ populo referūtur. ὑποθετικὸς, argumentatiuus: bulæ argumentum exponens. μικτὸς, miſtus. omnia hæc ſe continens. Inter Prologum, & Prologium quidā hoc tereſſe voluerūt: quia Prologus eſt vbi Poeta excuſatur, t fabula commendatur. Prologium autem eſt, cum tan de argumento dicitur. Protaſis eſt primus actus fabulæ,*

Fabulę partes Comœdię partes.

Palliata, Tabernaria, Togata, Attellana, Prologus Proloquiū.

Protaſis

*quo pars argumēti explicatur, pars reticetur ad populi ex-*
Epitaſis *pectationem tenendam. Epitaſis, inuolutio argumēti, cuius*
Cataſtrophe *elegantia connectitur. Cataſtrophe, explicatio fabulæ, per*
*quā euentus eius approbatur. In pleriſq; fabulis ipſarū no-*
*mina priora ponebātur, quā Poetarū: in nōnullis Poetarū,*
*quā fabularū, cuius moris diuerſitatē antiquitas probat.*
*Nam cùm primum aliqui fabulas ederent, ipſarum no-*
*mina pronunciabantur ante, quā Poetę pronunciarentur,*
*ne aliqua inuidia à ſcribendo deterreri poſſent. Cū autem*
*per editionem multarum Poetę iam eſſet autoritas acqui-*
*ſita, rurſus priora Poetarum nomina proferebātur: vt per*
*ipſorum vocabula fabulis attētio acquireretur. Actas di-*
*uerſis ludis manifeſtū eſt inſcribi. Nā ludorū quatuor sūt*
*ſpecies quos Curules Aediles munere publico curāt. Me-*
Megalenſes ludi. *galenſes magnis dijs cōſecrati, quos Grçci μεγαλήσια ap-*
*pellant. Funebres, ad retinendū populū inſtituti, dū pōpa*
Funebres *funebris decreta in honorē patritij viri plene inſtruitur.*
Plebeij, Apollinares. *Plebeij qui pro ſalute plebis edūtur. Apollinares, Apollin*
*conſecrati. In ſcena duæ arę poni ſolebāt, dextra Liberi ſi*
Aræ duæ. *niſtra eius dei cui ludi fiebāt: vnde Terent. in Andria ait*
Vlyſſes palliatus. Ex ara hac ſume verbenas. *Hinc Vlyſſem palliatū ſem*
*per inducunt: ſiue quod aliquando inſaniā ſimulauit: qu*
*tempore tectū ſe eſſe voluit, ne agnitus cogeretur in bell*
*prodire: ſeu ob ſingularē ſapientiā, qua tectus munituſqu*
*plurimū ſocijs profuit. Huius.n. virtutis erat, animi ſempe*
*decipientis ingeniū. Nonnulli Ithacæ incolas, ſicut Locros*
*palliatos fuiſſe cōmemorāt. Achillis & Neoptolemi perſo*
*næ diademata habent, quāuis regalia ſceptra nunquā te*
*nuerint, cuius argumenti probatio talis inducitur, quo*
*nunquā cū reliqua Grecię iuuentute ad gerenda cū Tro*
*ianis bella, ſacramenta coniurationis inierūt, nec vnquam*
Perſonarum comicarum amictus. *ſub Agememnonis imperio fuerūt. Comicis ſenib. candidu*
*veſtitus inducitur, quod is antiquiſſimus fuiſſe memora*
*tur. Adoleſcentibus diſcolor attribuitur. Serui comici ami*
*ctu exiguo conteguntur, paupertatis antiquæ gratia: ve*
*quo expeditiores agant. Paraſiti cū intortis pallijs veniunt*
*Lęto, veſtitus cādidus: ærumnoſo, obſoletus: purpureus, di-*
*uiti: pauperi, phœniceus datur: militi, chlamys purpurea*
Syrmata Auiæa. *puellę habitus peregrinus inducitur. Leno pallio varij co*
*loris vtitur: Meretrici ob auaritiam luteū datur. Syrmat*
*dicta*

ſcta ſunt ab eo, quod trahuntur: quę res ab ſcenica lu-
aria inſtituta eſt. Eadē in luctuoſis perſonis incuriam ſui
r negligentiam ſignificant. Aulęa quoq; in ſcena in ter-
ſternuntur, quod pictus ornatus erat ex Attalica regia
mā vſq; perlatus. pro quibus ſiparia ætas poſterior acce- Siparia.
t. Eſt autē minutū velū, quod populo obſiſtit, dum fabu-
rū actus cōmutantur. Diuerbia hiſtriones pronūciabāt.
antica verò temperabantur modis, non à Poeta ſed à pe-
to artis muſicæ factis. Neq; enim omnia iiſdem modis in
o cantico agebantur, ſed ſæpe mutatis, vt ſignificant, qui
es numeros in Comædiis ponunt, qui tres continent mu-
tos modos cantici illius. Qui huiuſmodi modos faciebāt,
men in principio fabulę & ſcriptoris, & actoris ſuper-
nebant. Huiuſmodi adeo carmina ad tibias fiebāt, vt his
ditis, multi ex populo ante diſcerent, quā fabulā acturi
enici eſſent, quàm omnino ſpectatoribus ipſis antecedens
ulus pronunciaretur. Agebātur autē tibiis paribus, aut
paribus: & dextris, aut ſiniſtris. Dextrę autē tibię ſua
auitate ſeriā Comœdię dictionem pronunciabant. Sini-
ę & ſerranę acuminis leuitate locū in Comœdia oſten-
bant. Vbi autem dextra & ſiniſtra acta fabula inſcribe-
atur, miſtim ioci & grauitates denunciabantur.

## FABVLAE INTERLOCVTORES.

| | |
|---|---|
| imo, ſenex. | Birria, ſeruus. |
| amphilus, adoleſcens. | Crito, hoſpes. |
| auus, ſeruus. | Chremes, ſenex. |
| romo, lorarius. | Glycerium, meretrix. |
| ſia, libertus. | Myſis, ancilla. |
| harinus, adoleſcens. | Lesbia, obſtetrix. |

## IDIOMATA PERSONArum præcipuarum.

Simo pius in filium, ſed natura vehementior. Pamphilus
us in patrem, ſed fideliter amans, & cordatus, vt adole-
ens. Dauus, vafer, ac ſpei pertinacis. Charinus ſimplex, ac
ullius conſilii. Birria Dauo diſſimillimus, deſperandi au-
r. Crito pauper, ſed ob probitatem impatiens contumeliæ.
hremes pius in filiam, alioqui Simonis diſſimillimus, in-
nio ſedato & placido, componens omnia, Myſis callida &
eræ amans.

## RATIO NOMINVM.

*Simo dictus eſt à [illegible]. Simi enim fere ſunt iracundi. Chremes, [illegible], quod ſenes tuſſi expurgent pectus. Pamphilus, à fideli amore. Charinus à beneuolentia animi, [illegible] in bello. Dauus à patria. Opinor & Birria, ſi[illegible] & Myſis. Nam Myſi quemadmodum Phryges ſeruile genus erat. Glycerium à voluptate. Lesbia à patria. Crito quod [illegible] animat. Dromo à curſu.*

## C. SVLPITII APOLLINARIS

*Periocha in Terentij Andriam.*

*SORORE M falſò creditam meretriculæ,*
*Genere Andriæ, Glycerium vitiat Pamphilus.*
*Grauidaque facta, dat fidem vxorem ſibi*
*Fore hanc, nam pater aliam ei deſponderat,*
*Gnatam Chremetis: atque vt amorem comperit,*
*Simulat futuras nuptias, cupiens, ſuus*
*Quid haberet animi filius, cognoſcere.*
*Daui ſuaſu non repugnat Pamphilus.*
*Sed ex Glycerio natum vt vidit puerulum*
*Chremes, recuſat nuptias, generum abdicat.*
*Mox filiam Glycerium inſperatò agnitam*
*Dat Pamphilo hanc, aliam Charino coniugem.*

## AELII DONATI ERVDITISſimi Grammatici Præfatio in Andriam Terentij.

*COmœdia Andria, cum palliata ſit, de loco nomen accepit, & à Menandro prius, & nunc ab Terentio: qui cum de Chryſide loqueretur, ſic ait: Vereor ne quid Andria apportet mali. & hoc communi vocabulum eſt, & in Græcia, & in Latina lingua. Hæc maiori ex parte motoria eſt, continetque actus amatorum adoleſcentium, & patrum [illegible] ſunt ridiculi ſerui, aſtutæ ancillæ, ſeueri ſenes, adoleſcentuli liberales. In hac prima partes ſenis Simonis ſunt, ſecundæ Daui, tertiæ Chremetis, & deinceps reliquorum. Prologus in hac quoque inducitur, & in aduerſarios non mediocriter exaſperatur: ſed tamen id ſubtiliter, vt omnia laceſſitus facere videatur, ac dicere. Hic protaſis ſubtilis, epithaſis tumultuoſa, cataſtrophe penè tragica: & tamē repente ex his turbis in tranquillū peruenit: Hæc pr*

m.

*na acta eſt ludis Megalenſibus, M. Fuluio ædil & M Glabrione, Qu. Minutio Valerio Curulibus. Egerunt M. Attius, Latinus Prænestinus, & L. Ambiuius Turpio. Modos fecit Flaccus Claudij filius tibiis paribus, dextris & ſiniſtris, & eſt tota Græca edita M. Marcello & Sulpitio COSS. pronunciataq́; eſt Andria Terētij ob incognitum adhuc nomen Poetæ & minoris apud populum autoritatis ac meriti. Diuerbiis authenticis lepide diſtincta eſt, & ſucceſſu ſpectata proſpero, hortamento Poetæ fuit ad alias conſcribendas. Initium autē* προτατικὸν πρόσωπον, *i. aduentitiam perſonam recepit Soſiæ, propter euoluēdā argumēti obſcuritatem. Perſona autem protatica ea intelligitur, quæ ſemel inducta in principio fabulæ, in nullis deinceps fabulæ partibus adhibetur. Adnotandum ſane puellarum liberalium nullam orationem in proſcenio induci in Comœdia Palliata, præter inuocationem Iunonis Lucinæ: quæ & ipſa quoque poſt ſcenam fieri ſolet.*

## ARGVMENTVM EIVSDEM IN eandem.

*CHremes Atticus, pater Paſibulæ & Philumenæ, cùm ex his duabus ſe Paſibulam perdidiſſe falſo crederet relictā Athenis, nec viſam poſtea multo tempore, tanquam vnicam ſibi putabat Philumenam: quam Charinus adoleſcens Athenienſis adamabat vnice, & ſibi petebat vxorem. Sed pater eam Pamphilo cuidam Simonis filio vltro deſponderat: qui Pamphilus contra ſororem Chryſidis, ac peregrinam tum creditam, Paſibulam ſupradictam alteram Chremetis filiam ſub nomine Glycerij latenter ſic amauit, vt ex ea filium ſuſcepiſſet inſcio patre, qua re intellecta commotus Simo pater Pamphili, dum per falſas nuptias tentat animum Pamphili, multis dolis à Dauo ipſe deluditur ſeruo, periculoq́; Carini, & Pamphili motus error in fabula vſq; ad eum finē ductus eſt, dum Athenas veniens Andrius quidam Crito aperiat, & nodum fabulæ ſoluat: per quem agnita Paſibula recipitur à parentibus, & traditur Pamphilo amanti: Philumena verò Carino deſpondetur, & traditur exoptāti. Perſpecto argumento ſcire debemus hanc eſſe virtutē Poeticam, vt à nouiſſimis argumenti reb. incipiens initium fabulæ, & originem narrationes reddat ſpectatoribus, authoremq́ue præſentem ſibi ex-*

*hibeat, vbi finis eſt fabulæ. hunc enim ordinem & circu*
*lum poeticæ artis, vel virtutis non modo ſecuti ſunt Tragi*
*ci Comiciq́; autores: ſed Homerus etiam & Vergilius tenue*
*runt. Diuiſionem actuum in Latinis fabulis internoſcer*
*difficile eſt: cauſam iamdudum demonſtrauimus. Vnde au*
*tem, aut quo modo, quamuis ægrè, tamen intelligi diſtin*
*guiq́; poſſint, eſt operæprecium dicere. Principio dicendu*
*eſt, nullam perſonam egreſſam quinquies, vltra exire poſ*
*ſe. Sed illa re plerunque decipimur, quod perſonam quu*
*tacuerit, egreſſam falſo putamus: quæ nihilominus in pro*
*ſcenio tacens loquendi tempus expectat. Eſt igitur atten*
*te animaduertendum. vbi, & quando ſcena vacua ſit a*
*omnibus perſonis: vt in ea chorus, vel tibicen audiri poſ*
*ſit: quod cum viderimus, ibi actum eſſe finitum debemi*
*agnoſcere. Confundit ſæpe lectorem id, quod perſona in ſu*
*periori ſcena deſinens, & in proxima incipiens loqui, no*
*intelligitur ingreſſa: quod ipſum experientes ſtatim diiu*
*dicant de rerum ac temporum quantitate: poteſt enim fie*
*ri vt & ſit ingreſſa ac egreſſa, quam praue credimus e*
*proſcenio non receſſiſſe. Poſſe autem quinto egredi perſo*
*nam, non & neceſſe eſſe dicimus: vt appareat vltra exir*
*non poſſe, in Tragœdia & parcius exire & ſolere pariti*
*& licere. Primus actus in Andria narrationem Simon*
*apud Soſiam continet argumenti: quod populus hac occa*
*ſione perdiſcit: mox querelam apud ſe Daui de domino, &*
*eiusdem cum domino verba: & rurſus eiusdem ſerui de*
*liberationem quid rerum agat. Secundi actus hæc ſunt*
*Charini verba primo cum Birria ſeruo, & poſt cum i*
*pſo Pamphilo de nuptiis: Pamphili ſermo cum patre dol*
*conſentientis in nuptias: Birriæ verba: Daui callida orati*
*aduerſum ſenem. Tertio actui hæc attribuuntur, Myſidi*
*cum obſtetrice colloquium, Dauo, ac Simone audientibus*
*partus Glycerij ſuſpectus ſeni: Daui apud eum, fraudulen-*
*ta ſermocinatio: Simonis verba cum Chremete de nuptiis.*
*Daui perturbatio ac Pamphili. Quarum actũ per hæc in*
*telligimus, prima Charini verba ſunt indignantis, velut fi*
*dem ſibi non ſeruatã à Pamphilo: tum Myſidis verba apu*
*Pamphilum, eiuſdemq́; queſtus. Daui adminiſtratio dol*
*aduerſus Chremetem. In quinto actu Simonis & Chremetis*
*prope iurgium, diſputatio, tũ detectio fallaciarum Daui,*

*tum*

*n indignatio patris aduerſus filium, tum Critonis interuentus, & per eum cognitis reb. in tranquillum res acta, entibus vxores quas concupiuerant, Pamphilo & Chao. Illud non commouere nos debet, quod in horum aum diſtinctione videtur de proſcenio non diſceſſiſſe per-æ quædam: ſed tenere debemus, ideo Terentium viciniis mentionem feciſſe in principio, vt modico receptu & ſſe & abeſſe perſonam intelligamus. nihil ergo ſecus tum eſt ab antiquis, qui ad hunc modum Terentianas ulas diuiſerunt.*

CTA LVDIS MEGALENSIB. M. FVLIO, ET M. GLABRIONE AEDILIB. VRVLIB. EGERVNT, L. AMBIVIVS VRPIO, L. ATTILIVS PRAENESTIVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVI FILIVS TIBIIS PARIBVS DEXRIS ET SINISTRIS. ET EST TOTA RAECA, EDITA M. MARCELLO, CN. VLPITIO COSS.

# *PROLOGVS.*

POETA cùm primùm animum ad ſcribendum appulit,
Id ſibi negocij credidit ſolum d[ari]
Populo vt placerent, quas feciſ[ſet] fabulas. (
Verum aliter euenire multò intel[ligit]:
Nam in prologis ſcribundis op[e]ram abutitur,
Non qui argumentum narret, ſed qui maleuoli
Veteris poetæ maledictis reſpondeat. (t
Nunc quam rem vitio dent quæſo animum adu[ortite].
Menander fecit Andriam, & Perinthiam.
Qui vtramuis rectè norit, ambas nouerit.
Non ita diſſimili ſunt*argumento, ſed tamen
Diſſimili oratione ſunt factæ, ac ſtylo.
Quæ conuenêre, in Andriam ex Perinthia
Fatetur tranſtuliſſe, atque vſum pro ſuis.
Id iſti vituperant factum, atque in eo diſputant,
Contaminari non decere fabulas.
Faciunt næ intelligendo, vt nihil intelligant:
Qui cùm hunc accuſā, Næuium, Plautum, Enni[um]
Accuſant: quos hic noſter autores habet:
Quorum æmulari exoptat negligentiam
Potius, quàm iſtorum obſcuram diligentiam.
Dehinc vt quieſcant poriò moneo, & deſinant
Maledicere, malefacta ne noſcant ſua.
Fauete, adeſte æquo animo, & rem cognoſcite,
Vt pernoſcatis, & quid ſpei ſit reliquum,
Poſthac quas faciet de integro comœdias,
Spectandæ, an exigendæ ſint vobis prius.

COLA.
Aut non eliditur m: aut prologis dixit, vt Græci polypus, & nos opilio
* Niſi elidas in (argumēto) ſyllabam, non conſtat trimeter, aut niſi legas (diſſimili argumēto ſunt. Eliditur ſ in (iſti)

POeta cùm primum animum ad ſcribendum a[p]pulit.] *Principium factum eſt à commendatione per*[-]*ſonæ. quod prudē, quod honeſtius Terentius, & honore m*[a]*iore Poetam potius quàm Terentium dixit: vt illum, h*[oc] *ipſo, de quo laborat, nomine ornaret.* Poeta cùm pri[-]
mùm

im.] *Omnis huius prologi intentio hoc agit, vt nouo etæ veniam paret, & veteri odium: & vt quam maxi- modeſtum minimeq; erranteм Terentium probet.* Poe- :ùm primum animum, &c.] *Iam meritū Poeta dedit, tam eundem dicendo, & ab animo eius, quem defendit.* eta cùm primum animū ad ſcribēdum appulit.] *iſus hic eſt, Propoſuerat quidem Poeta noſter, vt in pro- is argumēta narraret, ſed hoc imputat Lucio Lauinio ıerſario, qui eum facere nō permiſit quod propoſuerat, ledictis ſuis ad reſpondendum eundem prouocans.* Ap- lit.] *Appellere propriè dicitur, cum ex pelago aut freto is ad littus acceſſerit Verg. Hinc me digreſſū veſtris deus ulit oris* Appulit.] *in ſecunda lectione Attulit fuit: adtulit magis: vt Ter. poſtea ſic animum ad vxorem ad- lit.* Negoti.] *Modo pro moleſtia & cura, nō labore.* Po- lo vt placerent.] *Vt ne nō ſignificat. nec eſt modo con- ctio.* Fabulas.] *Ad feciſſet, retulit fabulas, non ad ıceret, & eſt figura ſylleo[illegible].* Fec iſſet.] *Bene feciſſet, non ıpſiſſet. Vnde & Poetæ ἀπὸ τοῦ ποιεῖν, id eſt à faciēdo dicti ıt. Sic Verg. Pollio & ipſe facit noua carmina.* Verum ter.] *Sic Verg. Maior rerum mihi naſcitur ordo. Et ma- opus moueo. Non enim hoc ſe elegiſſe dicit, ſed quaſi ex dine ipſo natum ſibi eſſe.* Intelligit.] *Quod credimus, ϵrumq; falſum: quod intelligimus, certum eſt. Aliter au- n, contra ſignificat. Verg. Diis aliter viſum.* Verum ali- r euenire multò intelligit.] *Adeo nec præparauerat, c intenderat quenquam lædere, vt ſpe falſus, laceſſitusque c faciat.* Operam abutitur.] *Vtimur fructibus rei, ıi ab amantibus ſaluo vſu nobis ſubminiſtratur. Abu- nur, quando deperdimus & rem & fructum. Nam vſui ager domus: abuſui vinum, oleum, & cætera huiuſmo- . Cicero, Non debet, inquit, ea mulier cui vir bonorum orum vſum fructum legauit, cellis vinariis & olariis enis relictis, putare id ad ſe pertinere, vſus enim, non ab- ſus legatus eſt: ea inter ſe ſunt contraria. Hæc in Topicis.* rgumentum narret.] *Quod vere prologi eſt officium.* ui, *pro vt. ergo non eſt modo pronomen* Sed qui male- oli veteris poetæ.] *Primùm à natura,* maleuoli: *dein- à tempore, vel ab inuidia.* veteris: *à ſigno æmulationis etæ. Vetus plerunq; refertur ad laudem: interdum ad vi- tupera-*

*ſuperationem, vt hic: & alibi, vetus, veternoſus, ſenex.* V-
teris.] *Pro carioſi, & quaſi rancidi poſuit, atq; ideo ma*
*uoli, non criminibus, ſed maledictis. Quid autem inter m*
*ledictum & crimen interſit, docet Cic in Tuſcul.* Veteri
*Ratio inuidiæ.* Poetæ.] *Cauſa inſectationis.* Maledicti
*Criminatio aduerſarij.* Veteris poetæ.] *Quia ſenex L*
*cius edebat fabulas, adoleſcentulo tunc Terentio. Et e*
*ganter, maleuoli veteris maledictis: commendatio Poeta*
*perſona aduerſarij.* Reſpondeat.] *Excuſatio reſponden*
*quod non obſiſtat, ſed reſpondeat.* Nunc quã rem.] *Qua*
*qualem.* Vitio dent.] *Vituperent, culpent. Vituperare*
*mala vitio dare, & etiam bona.* Nunc quam rem vit
dent.] *Vtrum, nunc animaduertite: an, nunc vitio dent?*
*oratorie, quaſi multos facit, cum vnum ſupra dixerit.*
*Verg. Deſiſte manum committere Teucris.* Nunc qua
rem vitio.] *Propoſitio eſt.* Aduertite.] *Legitur & attē*
*te: vnde manifeſtum eſt, & aduertite & attendite non e*
*plenum, niſi addideris animũ.* Menãder fecit Andriam
*Narratio eſt. & proprie fecit: ſcribit enim Terentius q*
*verba adhibet tantum: facit Menander, qui etiam arg*
*mentum componit: ſed ſæpe ad laudem Terentij, Facit, pro*
*quod eſt, Tranſtulit.* Vtramuis.] *prima ſcena Perinthi*
*pene iiſdem verbis quibus Andria ſcripta eſt: cætera diſ*
*milia ſunt, exceptis duobus locis, altero ad verſus xi. alte*
*ad verſus xx. qui in vtraque fabula poſiti ſunt. Qui no*
*vnam, ambas nouerit. Omnem rem vno verſu nouerit.* V
tramuis.] *Deeſt, harum.* Non ita diſſimili.] *Ordo, i*
*non ſunt. Ergo ita ſubdiſtinguẽdum.* Sed tamen.] *Diſcr*
*tio eſt à ſuperioribus, & ἀνακόλουθον. Non enim ſupra p*
*ſuit Quidem.* Non ita diſſimili ſunt oratione.] *Ita p*
*valde, & caute. potuit enim dici: Quomodo ergo ſunt du*
*diſſimili oratione?* Ita:] *ne Menandrum culpare videatu*
*ita adiunxit, quod laudis eſt.* Oratione ac ſtylo.] *Oratio*
*in ſenſu eſt: ſtilus in verbis. Oratio ad res refertur, ſtilus a*
*verba. Stilus non eſt in tempore, ſed prolata oratione. ora*
*tio autem, eſt & in cogitatione, & in prolatu. Orationem*
*in ſententiis dicunt eſſe, ſtilum in verbis, argumentum i*
*rebus. Ergo in poemate oratio eſt.* Quæ cõuenere, in An
driam.] *Apparet non de induſtria, ſed caſu eſſe translata*
*ea quæ ex Perinthia in Andriam eodem ſenſu, iiſdemque*
*verbis*

*is perſcripta fuerunt. Quæ conuenere in Andriam.* *m ergo, non duas tranſtulit.* Quæ conuenere in [An]driam.] *Quæ apta & commoda fuerunt, in Andriam* [...]*nam, non Græcam, fatetur tranſtuliſſe? Sed quare ſe* [...]*at Terentius, cùm poſſit videri de vna tranſtuliſſe? Sic* [...]*itur, Quia conſcius ſibi eſt primam ſcenam de Perin-*[...]*eſſe translatam, vbi ſenex ita cum vxore loquitur, vt* [...]*l Terentium eſt cum liberto. at in Andria Menandri,* [...] *ſenex eſt.* Id iſti vituperant factum.] *Iſti ad repre-*[...]*ionem ſumitur perſonæ. interdum rei reprehenſionem* [...]*ficat. vt, Verg. Quid petis iſtis?* Vituperant.] *Vitium* [...]*arant.* Diſputant.] *Immorantur, calumniantur, ar-*[...]*entantur.* Contaminari.] *Propriè contaminare, eſt* [...]*ibus luto plenis aliquid attingere. & cõtaminare, at-*[...]*ere eſt, & polluere, Verg. Linquere pollutum hoſpitiũ,* [...]*t, contaminatum.* Contaminari.] *Tangi & relinqui* [...]*ita manu: ac per hoc voluit fœdari aut maculari: vt i-*[...]*it, Ne hoc gaudium contaminet vita ægritudine ali-* [...]. Contaminari non decere.] *Id eſt, ex multis vnã* [...] *decere facere.* Faciunt næ.] *Næ quidam corripiunt,* [...]*um interrogatione pronunciant: quidam producunt.* [...]*rum alij, ne pro nec accipiunt: id eſt, non. alij næ pro* [...]*le: vt, Næ ego ſum infelix. & Cic. Næ illi vehementer* [...]*nt. Et hoc melius: nam ſtatim infert, Qui hunc accu-*[...], *Næuium, Plautum, Ennium accuſant. In ſingulis* [...]*na emphaſis autoritatis: ſed ordo non eſt ſeruatus.* [...]*ius nãq; ante Plautum fuit, ſed quod eſt ſummæ au-*[...]*tatis, Ennium vltimum dixit.* Næ.] *Nimis, multum,* [...]*imum.* Qui cum hunc.] *Terentium, inquit, ſpecia-*[...] *accuſantes, neſciunt ſe bonis omnibus maledicere,* [...]*s ille imitatur & argumentum eſt ab exemplo & au-*[...]*tate.* Dehinc vt quieſcant.] *Rectè, nam quieſcere il-*[...]*citur, qui eſt inſolens & inquietus.* Porro.] *Porro,* [...]*turum dixit.* Moneo.] *Terribiliter dixit. Cic. Mo-*[...] *prædico, ante denuncio. Liberatus culpa etiam tenet,* [...] *etiam criminaturus aduerſarios.* Noſcant.] *Melius* [...]*m ſi dixiſſet, audiant.* Fauete.] *Iam ad auditores* [...]*ertitur, à quibus fauorem captat. Fauete dixit: quaſi* [...]*t, Hoc aduerſarij faciunt: Vos autem, quod in vobis eſt,* [...]*te. Vos ergo fauorem facite. Et, Adeſte, non vt abſen-*

*tibus*

*tibus dicit, quippe qui corporibus præſto erant: ſed, i* *tenti eſtote, fauete, ſilete. ſic & Pontifices dicunt, fau* *linguis, fauete verbis. vnde Vergil. Ore fauete omn* Adeſte.] *animis ſcilicet, auxilium præbete: vt aduocat* *reo dicitur adeſſe.* Aequo animo.] *Ab honeſto* Et re cognoſcite.] *A iuſto.* Cognoſcite.] *Pernoſcite. Sic a* *xit, Cognoſcite vt pernoſcatis: quemadmodum in Hecyr* *Orator ad vos venio ornatu prologi: ſinite exorator ſin* Vt pernoſcatis.] *Ab vtili* Reliquum.] *Sunt qui p* *reliquorum accipiant: vt ſit ſenſus, De hac fabula ſumi* *ſpecimen, vt ſciatis an cæteræ vobis ſpectandæ ſint. Na* *poſtmodum dictum alio prologo, alias cognoſtis eius: qua* *ſo hanc noſcite.* Reliquum.] *Quaſi diceret, Poſtremum* *ergo aduerbium eſt, id eſt, τὸ λοιπόν. Sed ſiue hoc rel* *quum dicit, ſiue reliquum pro reliquorum geminato* *ſcribitur.* De integro.] *Vtrum denuo, an ex integr* *Græcus?* Quas faciet comœdias.] *Syllepſis, vt ſupra, a* *verbum enim Faciet declinauit, non ad Spectandæ ſin*

Spectandæ.] *Propriè, vt fabulæ, id eſt, probandæ.* Exigendæ.] *excludendæ.*

## ACTVS

# ACTVS PRIMI
## SCENA PRIMA.

SIMO, *ſenex.* SOSIA, *ſeruus.*

VOs iſtæc intrò auferte: abite. Soſia
Adeſdum: paucis te volo. So. dictum puta:
Nempe vt curentur rectè hæc. Si. imò aliud. So. quid eſt,
d tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius?
Nihil iſtac opus eſt arte ad hanc rem quã paro:
ııs, quas ſemper in te intellexi ſitas,
& taciturnitate. So. expecto, quid velis.
go poſtquam te emi à paruulo, ut ſemper tibi
d me iuſta, & clemens fuerit ſeruitus,
feci è ſeruo vt eſſes libertus mihi,
terea quod ſeruiebas liberaliter.
d habui ſummum pretium perſolui tibi.
n memoria habeo. Si. haud muto factum. So. gaudeo
id tibi feci, aut facio quod placet Simo: &
atum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiam.
nihi hoc moleſtũ eſt: nam iſtæc cõmemoratio
ſi exprobratio eſt immemoris benefici.
ı tu vno verbo dic quid eſt, quod me velis.
ta faciam. hoc primum in hac re prædico tibi,
s credis eſſe has, non ſunt veræ nuptiæ.
Cur ſimulas igitur? Si. rem omnem a principio dies,
acto, & gnati vitam, & conſilium meum
noſces, & quid facere † in hac re te velim.
ı is poſtquam exceſſit ex ephebis Soſia,
rius † viuendi fuit poteſtas. nam antea
ſcire poſſes, aut ingenium noſcere:
ı ætas, metus, magiſter prohibebant? So. ita eſt.
Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli,
nimũ ad aliquod ſtudium adiungãt, aut equos
e, aut canes ad venandum, aut ad philoſophos:

Horum

† al. te hac in re.

† Niſi elidas u in (viuendi) carmen non conſtat, & (fuit) monoſyllabum eſt.

Horum ille nihil egregiè, præter cætera,
Studebat: & tamen omnia hæc mediocriter.
Gaudebam. So. non iniuria: nam id arbitror
Apprime in vita eſſe vtile, vt NE QVID NIMIS
Si. Sic vita erat: facilè omnes perferre ac pati,
Cum quibus erat, cumque vna: his ſeſe dedere,
Eorum obſequi ſtudiis: aduerſus nemini:
Nunquam præponens ſe illis: ita, vt facillimè
Sine † inuidia laudem inuenias, & amicos pares.
So. Sapienter vitam inſtituit. namq; hoc tempo
OBSEQVIVM AMICOS, VERITAS ODIVM P
Si. Interea mulier quædam ab hinc triēnium (RI
Ex Andro commigrauit † huc viciniæ,
Inopia, & cognatorum negligentia
Coacta, egregia forma, atque ætate integra.
So. Hei vereor ne quid Andria apportet mali.
Si. Primum hæc, pudicè vitam, parcè, ac duriter
Agebat, lana ac tela victum quæritans.
Sed poſtquam amans acceſſit precium pollicens
Vnus, & item alter (ita vt ingenium eſt omnium
Hominum à labore procliue ad libidinem)
Accepit conditionem: dein quæſtum occipit.
Qui tum illam amabant, fortè, ita vt fit, filium
Perduxêre illuc ſecum, vt vnà eſſet, meum.
Egomet continuò mecum: Certè captus eſt:
Habet. obſeruabam mane illorum ſeruulos
Venienteis aut abeunteis. rogitabam, Heus pue
Dic ſodes: quis heri Chryſidem habuit? nam And
Illi id erat nomen. So. teneo. Si. Phædrum aut C
niam
Dicebant, aut Niceratum. nam hi tres tum ſimul
Amabant. Eho quid Pamphilus? Quid? ſymbolu
Dedit: cœnauit. gaudebam. Item alio die
Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum
Quicquam attinere. enimuerò ſpectatum ſatis
Putabam, & magnum exemplum continentiæ.
Nam qui cum ingeniis conflictatur † eiuſmodi,
Neque commouetur animus in ea re tamen,
Scias poſſe habere iam ipſum ſuæ vitæ modum.
Cùm id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia
Bon

† Eliditur u conſonãs in (Inuidia) & niſi ſit proceleumaticus, in (dia) fit ſynæreſis.

† al. huic.

† Eiuſmodi triſyllabum eſt.

ſona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.
Quid verbis opus eſt? hac fama impulſus Chremes,
Vltro ad me venit, vnicam gnatam ſuam
Cum dote ſumma filio vxorem vt daret.
Placuit: deſpondi hic nuptiis dictus eſt dies.
So. Quid † obſtat, cur non veræ fiant? Si. audies. † aliàs, Quid igitur obſtat, ſed tū (veræ) expungendum.
Ferè in diebus paucis, quibus hæc acta ſunt,
Chryſis vicina hæc moritur. So. ô factum bene,
Beaſti: metui à Chryſide. Si. ibi tum filius
Cum illis, qui amabant Chryſidem, vna aderat frequens,
Curabat vnà funus, triſtis interim:
Non unquā conlachrumabat. placuit tum id mihi.
Sic cogitabam: Hic paruæ conſuetudinis
Cauſa, mortem huius fert tam familiariter:
Quid ſi ipſe amaſſet? quid mihi hic faciet patri?
Hæc ego putabam eſſe omnia humani ingenii,
Manſuetique animi officia. quid multis moror?
Egomet quoque eius cauſa in funus prodeo,
Nihil ſuſpicās etiā mali. So. hem, quid eſt? Si. ſcies.
Effertur: imus. Interea inter mulieres,
Quæ ibi aderant, forte vnam aſpicio adoleſcentulā,
Forma. So. bona fortaſſe. Si. & voltu Soſia
Adeò modeſto, adeò venuſto, vt nil ſuprà.
Quæ tum mihi lamentari præter cæteras
Viſa eſt: & quia erat forma præter cæteras
Honeſta, & liberali, accedo ad pediſſequas:
Quæ ſit, rogo ſororem eſſe aiunt Chryſidis:
Percuſſit ilico animum: at at, hoc illud eſt: † Donatus percuſſit.
Hinc illæ lachrumæ: hæc illa eſt miſericordia.
So. Quam timeo quorſum euadas. Si. funus interim
Procedit, ſequimur: ad ſepulchrum venimus,
In ignem poſita eſt. fletur. Interea hæc ſoror,
Quam dixi, ad flammam acceſſit imprudentius
Satis cum periculo: ibi tum exanimatus Pamphilus
Bene diſſimulatum amorem, & celatum indicat.
Adcurrit, mediam mulierem complectitur
Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditū?

Tum illa, vt conſuetum facile amorem cerneres,
Reiecit ſe in eum flens, quàm familiariter.
So. Quid agis? Si. redeo inde iratus, atque ægre ferens.
Nec ſatis ad obiurgandum cauſæ. diceret:
Quid feci? quid commerui, aut peccaui pater?
Quæ ſeſe voluit in ignem iniicere, prohibui,
Seruaui. honeſta oratio eſt. So. rectè putas.
Nam ſi illum obiurges, vitæ qui auxilium tulit,
Quid facias illi, qui dederit damnum aut malum?
Si. Venit Chremes poſtridie ad me, clamitans,
Indignum facinus, comperiſſe Pamphilum
Pro vxore habere hanc peregrinã. ego † illud ſedu
Negare factum: ille inſtat factum. denique
Ita tum diſcedo ab illo, vt qui ſe filiam
Negat daturum. So. non tu ibi gnatum? Si. ne h quidem (c
Satis vehemens cauſa ad obiurgandum. So. qui
Si. Tute ipſe his rebus finem præſcripſiſti pater:
Propè adeſt, quum alieno more viuendũ eſt mih
Sine nunc meo me viuere interea modo.
So. Quis igitur relictus eſt obiurgandi locus?
Si. Si propter amorem vxorem † nolit ducere,
Ea primum ab illo animaduertenda iniuria eſt.
Et nunc id operam do, vt per falſas nuptias
Vera obiurgandi cauſa ſit, ſi deneget:
Simul ſceleratus Dauus ſiquid conſilii
Habet, vt conſumat nunc, quum nihil obſint do
Quẽ ego credo manibus pedibusq; obnixè omn
Facturum, magis id adeò, mihi vt incommodet,
Quam vt obſequatur gnato. So. quapropter?
rogas?
Mala mens, malus animus. quem quidem eg ſenſero.
Sed quid † opus eſt verbis? Sin eueniat (quod vo
In Pamphilo vt nihil ſit moræ: reſtat Chremes,
Qui mihi † exorandus eſt. & ſpero confore.
Nunc tuum eſt officium, has bene vt adſimules nuptias:
Perterrefacias Dauum: obſerues filiũ,

† Eliditur l in (illud) aut verius non conſtat.

† al. nolet.

† opuſt.

† Aliàs, Cui mihi expurgandus eſt.

uid agat, quid cum illo conſilii captet. So. ſat eſt.
urabo. eamus iam nunc intro. Si. I præ ſequar.

Vos iſtæc intro auferte.] *In hac ſcena hæc virtus eſt, vt argumenti narratione actio ſcenica videatur, ſine faſtidio longus ſermo ſit, ac ſenilis oratio.* Vos æc.] *Hæc ſcena pro argumenti narratione proponitur, qua fundamenta fabulæ iaciuntur. vt virtute Poetæ, e officio prologi, vel θεῶ ἀπὸ μηχανῆς, & periocham co-ædiæ populus teneat, & res agi magis quàm narrari vi-itur.* Vos iſtæc intro auferte: abite.] *Molliter re-iturus, & experturus Soſiam imperat vt remaneat. dit etiam cauſam aliis abeundi dicendo: Iſtæc intro au-te: ne ſuſpicionem iniiciat, Soſiam communicandi ſecre-auſa remanſiſſe. Et bene, auferte. Auferimus enim ea æ cum faſtidio cernimus. Ferimus ea quæ cum honore ectamus. Deinde quaſi reſpicientes increpat dicendo,* ite.] *Abite concitatius legendum eſt: quia & reſpe-ntes properanter diſcernit à Soſia. Soſiæ perſona prota-a eſt, non enim vſque ad finem perſeuerat: vt eſt Daui Phormione, in Hecyra Philotidis & Syræ.* Adeſdum.] *les imperatiuū eſt, dum παρέλκον: eſt enim productio, adiectio ſyllabæ: vt Ehodum ad me.* Paucis te volo.] *eſt colloqui: & verbis. & eſt figura eclipſis.* Dictum ta.] *Ad hoc reſpondet, vt agi res videatur, quemadmo-m ſuprà diximus.* Vt curentur rectè hæc.] *Diligen-coquantur. Curatio propriè medicorum eſt: cura reli-orum. ſed coquina, medicinæ familiatrix eſt.* Hæc.] *κλικῶς.* Nempe vt curentur.] *Deeſt vis: vt ſit, nempè* Imò aliud.] *Bene ἀντέθηκεν τὸ vno, & deeſt volo.* a ars.] *Ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς dicta per Syncopen. ἀρετὴ em virtus eſt. Virtutis verò quatuor generales ſunt tes, Prudentia, Iuſtitia, Fortitudo, & Temperantia: ſed denia, in multis rebus deſcendit.* Efficere.] *Facere, in opere eſſe, ſed efficere, perfectionem deſignat.* Nihil c opus eſt arte.] *Mirè ait, arte opus non eſt. ſed opus artibus.* Sed his quas ſemper in te intellexi ſitas.] *hic ſignificantiſſimè oſtendit multas, variaſque artes, id eſt, ἀρετὰς, quæ virtutes intelliguntur.* Sed his.] *gma à ſuperiore, quod ſubauditur artib.* Sitas.] *Con-*

*ſtitutas, poſitas.* Fide & taciturnitate ] *Fides, eſt co mendatorum fida executio, vel obſeruantia. Taciturni vero, obſeruantiæ genus in ſilentio conſtituta, & in cela do ſecreta. Quærit autem taciturnitatem, ne prodat Pa philo ſecretum quod ei cõmendaturus eſt. Fidem, ad co plenda, taciturnitatem, ad celanda mandata.* Expecto *Expecto, deſydero: vt Vergil. Expectate venis.* Quid v lis.] *Deeſt ſcire. nam ſi dixiſſet, quod velis, nihil deſider ſet.* Ego poſtquam.] *Commendatio perſonæ potius qu ſerui: ne contra filium leui ſeruo aliquid committi in corè videatur.* Te emi à paruulo.] *Tale eſt, Paruul ego te Iugurtha, apud Sall.* A paruulo.] *Non enir paruo, ſed à paruulo.* Scis.] *hoc eſt, à paruulo ſcis.* Se per.] *Continuationem ſignificat ſemper.* Iuſta & c mens.] *Ita dixit iuſta: vt alibi, Non neceſſe habeo om pro meo iure agere. Quid enim non iuſtum domino in j num?* Iuſta.] *In qua nihil iniquũ iubetur.* Clemen *in qua etiam de iuſto multum remittitur.* Apud me ſta.] *Id eſt, moderata, æqualis. cui contrarium a i Ver Et iniquo pondere raſtri. Et, iniuſto ſub faſce viam a Carpit. Nam qui iuſtam, debitam, nunc dici putant, n afferunt ad iuuandam ſententiam.* Iuſta & clemẽs f rit ſeruitus.] *Libertatem imputaturus, clementem in lit ſeruitutem.* Seruitus.] *Mirè ſeruitutem pro dom ũ poſuit. Sic Sall Dein ſeruili imperio P.C.* Feci è ſe vt eſſes libertus mihi.] *Dulcem libertatem fecit opp tione & tractatione verborum, dicẽdo ex ſeruo libert non enim tantam haberet gratiam, ſi dixiſſet, feci libe vt eſſes, quam ſi dicat, feci è ſeruo, vt eſſes libertus: quis dicat, feci vt eſſes ſanus, non tantam haberet grati quàm ſi dicat, feci vt ex ægro ſanus eſſes. Et mihi emp ſin habet: quod mihi libertus factus ſis, non filio, aut mihi additum eſt: quia libertus ad aliquem dicitur. bene mihi: ne pertimeſceret filium, cui nec liberti mu debeat.* E ſeruo.] *Mirè addit è ſeruo, vt vim bene exprimeret. Scis, feci è ſeruo, vt eſſes libertus mihi. E Vergil. Nympha decus fluuiorum animo gratiſſima ſtro, Scis vt te cunctis vnam, quæcunque Latinæ Mag nimi Iouis ingratum aſcendère cubile, Prætulerim cœ libens in parte locarim.* Liberaliter.] *Bene: quia o*

*boni*

iū libero aptū eſt, malū ſeruo. Idē alibi, Factum à vobis
riter, immiſericorditérq; : atq; etiā ſi eſt, pater inſcedum
gis aperte, i. liberaliter. Et bene admonuit cum dederis
eficiū, eadē & nūc officia que ſituris. Nūc.n. dicit artifi-
ē, quia ſupra ait: Nihil iſthac opus eſt arte. Seruiebas.]
e imperfecto tēpore, nō perfecto, vſus eſt: vt oſtendat eū
uiſſe ſibi etiam atq; etiā ſeruire, qualē eſt illud Vergilij,
q; omnes pelagíq; minas, cœlíq; ferebat Inualidus: vt o-
lat eū quāuis inualidus eſſet, tamē adhuc potuiſſe labo-
ū exercitiūque ferre. Summum precium.] Libertatē
it. Perſolui tibi.] Quia pretium dixerat, perſolui dixit
prie. Perſolui tibi.] Modeſte pretiū redditū dixit, non
eficiū erogatū. In memoria habeo.] Hoc eſt, non ſum
ratus. Plus dixit, In memoria habeo, quàm ſi dixiſ-
ſcio. Nam quæ ſcimus poſſumus obliuiſci: quæ verò
moriæ cōmendamus, nūquam amittimus. Haud muto
tū.] Vetuſte: non me pœnitet, nā ſi quid pœniteret, infe-
i velle dicebāt. Legitur muto: an ſecundū ius quod ad-
rſus libertos ingratos eſt, vt in ſeruitutem reuocentur:
hoc non conuenit ſenē dicere. Legitur, & multo: hoc eſt
mno, reprehendo, quod ſi ſic eſt, ſic intelligetur, non nollē
tū. Nemo enim poteſt factū, infectum reddere. Sed ad-
rabiliter dixit, vt dicimus nollē factum, nollē hunc exi-
Ergo, haud muto factum, non pœnitet me facti. Si tibi
id feci, aut facio.] Et feciſſe ſe, & adhuc facere oſten-
, quamuis eū manumiſiſſet. Gaudeo, ſi tibi quid feci,
t facio quod placet.] Felicitatis eſt, vt ea quæ facta,
facienda ſunt, grata ſint. Quid, pro aliquid. Aduerſum
] Apud te & penes te. Aduerſum.] Sine dubio præpo-
o eſt. Aduerſus participium poteſt eſſe, ab eo quod eſt ad-
rto, ſed alibi, Ergo aduerſum te, dixit pro apud te. Ex-
obratio.] Exprobratio, eſt commemoratio beneficij cum
umeratione factorum. Quaſi exprobratio.] Recte o-
ndit ſe in memoria habere. Sunt qui ad beneficium re-
rūt immemor: vt memorem Iunonis ob irā: vt ſit ſenſus:
æc commemoratio, quaſi eſt exprobratio immemoris be-
ficij, id eſt, cuius nemo meminerit. Quin tu vno ver-
o.] Vno verbo ἀξιώματι, vna ſentētia. Nā ἀξίωμα, ſentē-
eſt vel enūciatio, vno verbo rē xā cōtinēs & perfectam
telligentiam, ἀξίωμα enim conſtat ex nomine & verbo.

*Sed, dic quod eſt, ἀξίωμα, hoc eſt, Has bene vt adſimules nuptias, ergo omnis virtus adſimulatio eſt.* Quin tu vno verbo.] *vna ſententia: vt in Adelph. Non meu illud verbũ verũ facio, quod tu Mitio bene ac ſapienter dixti, dudũ: vitiũ com nune omniũ eſt, Quod nimi . ad rẽ in ſenecta attenti ſumus: Nam male intelligit qui putat adſimules, verbũ ſignificare.* Ita faciã. *Hoc eſt, vno verbo dicã, & quo verbũ promittit, ibi dicit, Nunc tuũ officiũ eſt, has bene vt adſimules nuptias.* Quas credis eſſe has.] *Syllepſis.* Cum ſimulas igitur.] *Verg. Et quæ tãta fuit Romam tibi cauſa videndi.* Eo pacto.] *Pacto, modo: quoniã antecedit pactũ modus ſequitur. Ergo ab eo quod præcedit, id quod ſequitur dicit.* Et gnati vitam, & cõſilium meũ cognoſces & quid facere in hac re te velim. *Nam iſtæ diuiſione ſunt. Gnati vitã: quoniã dicturus eſt, Nã is poſtquã exceſſit ex Ephebis Soſia. Conſiliũ meum: quia dicturus eſt, Et nũ id operã do. Et quid facere in hac re te velim, quia dicturu eſt, Nunc tuũ eſt officiu.* Et Gnati vitã, & conſiliũ mei cognoſces, & quid facere in hac re te velim.] *Tripartita diſtributio.* Et gnati vitã.] *Vitã filij in duas partes diuidit in narratione: in ante actã bonã, & præſentẽ malam & incipit mala ibi, Interea mulier quædam. Et bene actæ vitæ narratio ad ea rem valet, vt oſtendat quã iuſtus dolo patri ſit ſpe decepto.* Nã is.] *Neceſſario is poſitũ pronomen ἀναφορά ad illud, Gnati vitã, nam ſi non poſuiſſet hoc pronomẽ, Soſia erat intellidendus.* Nã is.] *Pãphilus.* Poſtquã exceſſit ex ephebis.] *Argumenta per coniecturas.* Ex Ephebis.] *Ephebia prima pars adoleſcẽtiæ & extrema pueritiæ.* Exceſſit ex.] *Cum ſufficeret vnũ* Liberius. *Liberius non eſt comparatiuus gradus: non enim potuit libere viuere, dum ætas, metus, magiſter prohibebant. Ergo deeſt aliquanto: vt ſit aliquanto liberius.* Liberius viuendi. *Deeſt ei.* Qui ſcire.] *Scimus quod certũ eſt, Noſcimus quæ adhuc incerta deſideramus. Idẽ alibi. Forma in tenebris noſci non quita eſt.* Metus, magiſter.] *Magiſter, pædagogus.* Ita eſt. *Interdicit Poeta, ne ſolus Simo loqueretur. cæterũ non erat reſpondendi locus.* Quod pleriq; omnes. *Hæc adiectio dicitur, in primo poſita loco, adiectiones vero, aut in prima parte orationis, aut in vltima adijciuntur. hic ergo plerique ex abundantia poſitum eſt: Omnes vero, neceſ-*

ſario

:rio additum eſt. Et alibi, Caleſces plus ſatis. In vltimo :ut, interea loci interibis. Attẽdẽda eſt ſane locutio, Quod leriq; omnes. Aut enim Quod in Qua vertendũ eſt, vt ſit, Quæ pleriq; omnes. Aut quod ad ſingula eorum ſtudiorũ diungendum erit, E quos alere, canes ad venandum. Aut arte erit figurata locutio, vt eſt illud, Si quiſquam eſt qui udeat placere bonis quãplurimis, & minime multos læere: in his Poeta hic nomen profitetur ſuũ. & alibi, Apeire actutũ hoſtiũ. Pleriq; omnes faciunt.] ἀρχαισμὸς :Nã errãt qui pleriq; παρέλκον intelligũt, aut qui ſubiſtinguunt Pleriq;, & ſic inferũt omnes, hoc.n. pro vna arte orationis dixere veteres, eodẽ modo Græci παμπόλλα & Latini plus ſatis. Neuius in bello Punico, Pleriq; omnes ubiungũt ſub ſuũ iudiciũ. Figurate Terentius, Quod pleiq; omnes faciunt, pro, quæ faciunt pleriq; adoleſcentuli. Iorũ ille nihil egregie.] Eſt ergo figuratiuũ: quod eſſet ectũ, Quæ pleriq; omnes faciunt adoleſcentuli, horum ille iihil egregie præter cætera ſtudebat. Adoleſcẽtuli. Bene liminutiue, vt propter ætatẽ facile ignoſcatur. Adiũgãt.] Alligent, aptent aut accommodent. Aut equos alere, aut :anes ad venandũ. Si & equos ad venandũ alũt, quomodo & canes: quod multi docti improbãt: & dicũt ſeparata eſſe & ad venãdũ extra rationẽ, pro ad venatũ, vt Venatũ Aeneas, vnaq; miſerrima Dido. Ad Philoſophos.] Eclipſis pulchra & familiaris Terentio. Nã poſſumus ſubaudire audiẽdos, ſiue ſectandos. Ad Philoſophos. Vitiũ eſt: quia dixit, ad aliquod ſtudiũ, aut ſi ad Philoſophos: ſeparãda locutio eſt, ſic vt animũ adiungant ad Philoſophos. Egregie.] Egregiũ dicitur quod ex grege eligitur: ſed hic egregie, valde, nimis, nõ eſt ergo ad laudem poſitũ. Hæc inquit, vt cætera ſimiliter ſtudebat. Præter cætera.] Mediocriter. ergo nõ extenuauit rẽ, ſed ad laudẽ retulit. Gaudebã.] Nõ dixit laudabã ſed gaudebã. Laudat.n. etiam alienus, gaudet qui pater eſt. Non iniuria.] Intepeſtiue Soſia reſpondet: ſed prudentia tantæ ſententiæ, cõpenſauit importunitatẽ. Apprime.] Adiectio eſt confirmationis. Vt.] Admirabiliter dixit. Vt ne quid nimis.] Sententia nõ incongrua ſeruo, quia eſt peruulgata. & non refertur ad perſonã domini dicentis, & de quo dicitur, an magis quia Soſiæ conuenit eiuſmodi character in verbis? Ne quid nimis.]

*Deeſt agas: vt ſit, ne quid nimis agas.* Facile omnes perferre.] *Latens argumentatio eſt, qua filiũ ad meretricẽ cõmeaſſe, errans pater non ad corruptelã, ſed ad obſequiũ amicorum crediderit.* Perferre, ac pati.] *Ferre eſt cũ certo tẽpore: perferre, ſine expectat affectus. Feruntur onera, & ſuſtinentur ſupplicia.* Pe fer e.] *Mediocriter ſtultos odioſosq́;.* Cũ quib. erat cũq;.] *Figura τμῆσις.* Dedere.] *Plus eſt dedere, quã conſentire quẽadmodũ in hoſtiũ poteſtatẽ hoſtes ſe dedunt Dedere ergo pertinacibus* Eorũ obſequi ſtudijs.] *Cõmodiorum ſcilicet. Eorũ obſequi ſtudijs. Talẽ eſſe Pamphilũ adiuuat argumentũ fabulæ, ſimul & Charinum* His ſeſe dedere.] *Dedere ſe & obſequi ſuperioribus: non aduerſari paribus: non ſe præponere inferiorib.* Ita.] *Deeſt faciens, volens, agens.* Vt facillime ſine inuidia.] *Salluſt. Et cum omnes gloria anteiret, omnibus tamẽ charus eſſet* Inuenias.] *Secũda perſona pro tertia: vt, Migrantis cernas.* Sapienter vitã inſtituit. nã hoc tẽpore obſequiũ amicos, veritas odium parit.] *Improbatur à ſapientibus hæc ſententia. Nã obſequium, aßentator debet, veritatẽ amicus: ſed in theatro dicitur, nõ in ſchola* Obſequiũ amicos.] *Hic verſus per improperiũ eſt. Veritas odiũ parit. Falſum autẽ eſt quod Cicero dixit, obſequiũ primũ dixiſſe Terẽtium: cum & Plautus & Neuius ante dixerint, & eſt ſententia παράδοξος, & magis theatro apta quam officio, de qua Tullius multa dixit.* Obſequiũ amicos] *Sententia probabilis magis, quam neceſſaria & honeſta.* Interea.] *Interea, eſt cum habet inſtãtiam ſuperiorũ actorum.* Mulier quædã.] *Sic dixit quaſi ignoraret nomẽ eius, paulo poſt Chryſidem nominaturus: ſed ideo vt gratã expectationem faciat, ſimulque lectorẽ auidũ nominis reddat. Vt Verg. paulo poſt nominaturus, ait, Ecce manus iuuenẽ interea poſt terga reuinctu.* Interea mulier.] *Hic digreßio eſt, nã propoſuit gnati vitã dicere.* Ab hinc trienniũ.] *Artificioſe dixit trienniũ, cũ poſſit plus minúſue tẽporis ponere: vt ſit veriſimile, vnũ annũ fuiſſe pudicæ, parcæq; vitæ: ſequentẽ conditionis acceptæ: tertiũ, mortis. Primo ergo anno ignorata eſt domus Chryſidis Pãphilo: ſecũdo Glycerio cõgnitus: tertio nupſit Glycerijũ Pãphilo, & pariter inuenit parẽtes.* Huc viciniæ.] *Viciniæ παρέλκον huc loci, vel huc locorũ, legitur & huic viciniæ.* Inopia, & cognatorum

orũ neglĝẽtia ] *Laudatis Pãphili morib. qui mox vxorẽ, ſupereſt vt futuræ quoq; matronæ, id eſt, Gly- probitatẽ debitã pro perſona reddat. quæ quia hone- ïquã eſſe poterit, ſi ſic eã conſtet ante nuptias impudi- luctam eſſe, partim defendenda, partim laudanda eſt ſis, cum qua commorata eſt. quam quoniam neceſſe eſt tricem fateri, in conditione turpiſſimi nominis multũ tur excuſatio voluntatis.* Et cognatorũ.] *Hic nos iã ad Critonis aduentũ.* Egregia.] *Id eſt, eminenti, pra- iq;.* Atq; ætate integra.] *Integra eſt ætas quæ in flo- ſiſtit, cui neq; addendũ iam ſit, neq; quicquã adhuc ſit inũtum, vt Verg Integer æui Aſcanius. Et cõtulit duo æſtũ meretriciũ congrua.* Hei vereor ne quid An- apportet mali.] *Andria, mire, audiuit n. exceſſiſſe hebus Pãphilum, illatãq; mentionẽ mulieris peregri- doleſcentulæ pulchra.* Ne quid Andria.] *Elegãter, ex ro. Andria nomen oſtendit & mulieris, & fabulæ. Et Apportet: quia portare ignotius eſt.* Primũ hęc.] *De- it, vt diximus, vitã Chryſidis, vt potuerit apud eã re- norata eſſe Glycerium, quæ ex argumento matrona erit.* nũ hæc pudicè.] *Bene hæc quidẽ, id eſt, illa quæ coa- ſt.* Duriter.] *Contra rationẽ regulæ: debuit enim dice- ure, ab eo quod eſt durus. Et tamen eſt differentia. eſt e- duriter, ſine ſenſu laboris: dure autẽ crudeliter. illud, aborem: hoc ad ſæuitiã relatum eſt. ſed dure in alterũ: iter in nos aliquid facimus.* Lana ac tela.] *Subdiſtin- tela. Finis enim eſt laboris.* Victũ quęritans.] *vt Ver- us, - cũ fœmina primũ, Cui tolerare colo vitam tenuique erua Impoſitũ cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes. Dein- inem laboris intulit, non cibũ ſed victũ. Cibus n. eſt qui delicatis præbetur. Victus in paruis aridiſq; alimoniis onſtitutus. vnde Vergilius, Victum infelicem baccas, idoſaq, corna Dant rami. Et poſt tãtum laborẽ, victum cibum dixit. vt Verg. At patiens operũ, paruoq; aſſue- uuentus, Et non quærẽs, ſed quæritans dixit. Quærit e- n, qui ad plenum & perpetuũ reponit: quæritat, qui vix otidie inquirẽdo victũ inuenit.* Lana ac tela victum.] *tificioſe, vt videatur pudice apud eam futura materfa- lias educari poſſe, quam meretricem neceſſitas fecit* Sed ſi quã amãs.) *Amator fingere poteſt: Amãs verè amat.*

Vnus & itē alter.] *Poſt vnū duo. ex quib. alter, vt*
*tres, inquit enim poſt: Nam hi tres tum ſimul amabāt:*
*Alter ab vndecimo. Ergo alter, nō eſt ſecundus, ſed tert*
Procliue.] *Procliue eſt porrò inclinatum, vel pronum,*
*clinatūq;.* Accepit conditionem.] *Cum vno, quæſtu*
*eſt: cum altero non eſt. cum multis ſic.* Vt ingenium eſt
mniū hominū.] *Alia defenſio Chryſidis, vt quæ ante*
*cerat, ipſius ſint: quæ poſtea peccauerit naturæ homin*
*adſcribantur.* Conditionē.] *Conditio eſt pactio certā*
*gem in ſe continens.* Poſtquā acceſſit vnus & itē alte
*Id eſt, plures: quæſtus iam meretricius factus eſt.* Perc
xere.] *Inuitum iſte Pāphilum his verbis ſignificat. Per*
*cūtur enim neceſſitate coacti. Hoc etiā verbum iudices p*
*nunciare ſolent. Et hoc eſt quod ſupra ait, His ſeſe ded*
*eorum obſequi ſtudiis.* Vt vnà eſſet meū.] *Et producte*
*gitur Eſſet, vt cibum capiat, & correpte, vt alibi.* Vnà.
*mul, id eſt, vnà cibum caperet.* Perduxerunt illuc ſec
*Secum duxere, vt ſecū eſſet.* Egomet cōtinuo mecū.]
*ne mecum, vt appareat nihil temere conſtitutum, vel p*
*latum foras. hoc ipſum ſatis quæſitum eſſe, quod ſtatui*
*falſis nuptiis, & infenſus eſſet filio.* Egomet contin
mecū.] *Deeſt voluebā, cogitabam, verſabā.* Captus e
*Tenetur & irretitur: ex tranſlatione ferarum, atq; ve*
*tus.* Habet.] *Id eſt, vulneratus eſt. Habet enim qui perc*
*ſus eſt. & propriè de gladiatoribus dicitur, quia prius*
*videant, quā ipſi ſentiant ſe percuſſos.* Captus eſt.] *Sall*
*captus prauis cupidinibus.* Certe. *Sine dubio pro certo*
*ptus eſt.* Habet.] *Sic dicitur de eo qui lethaliter vulnera*
*eſt. Verg. Hoc habet, hęc melior magnis data victima di*
*Ergo quid ſequitur captum, niſi occidi?* Obſeruabā m
ne.] *Mane aduerbialiter.* Obſeruabam. *Deeſt tam*
*hoc eſt, quāuis captus erat & hæc tamen obſeruabā.* Ro
gitabā.] *Non rogabam, ſed rogitabam, quia ſedulo fa*
*bat.* Dic ſodes.] *Dic imperatiuum eſt: ideo tempera*
*iniuriam blandimento, ſodes eſt autem, ſi audes, & ſi ſc*
*nam delirat qui* interpretatur ſodes.* Dic ſodes.] I
*hortantis eſt vox, vt amabo, rogo.* Quis heri Chryſid
habuit? nam Andriæ illi, id erat nomen.] *Opportu*
*nomen intulit Chryſidis. Et bene illi, quaſi dicat, quam*
*Andriam nominaſti.* Nam Andriæ illi id erat nome

*Ati*

*ico more, peregrinæ mulieri, à patria nomen impoſi...*
*ſimul celebrat nomen Comœdiæ, dicēdo, Ex Andro com-*
*rauit: Et nunc, Nam Andriæ illi id erat nomen.* Quid?
nbolum dedit.] *Sed ſubdiſſ... ngue Quid, vt ſit vox*
*rentis quid dicat de Pamphilo.* Eho, quid Pamphi-
] *Primo ſic egit, vt de Pamphilo quærere videretur. ad*
*mum adiecit nomen, ne quid reliqui faceret.* Cœna-
] *Cætera in geſtu ſunt quærentis quid dicat de Pam-*
*o nec inuenientis.* Symbolum dedit.] *Mire, nulla pro*
*phil o negatio facti eſt poſita: ſed per puerilem ſimplici-*
*m omnia geſta narrata ſunt: & quidem tacitum eſt,*
*celatum: ſed vt non factum eſſe ita videatur.* Itēm a-
die.] *Item ſimiliter & vide diligentiæ tēpus adiectum,*
*ſi non ſufficeret vnus dies.* Comperiebam.] *Vide ſi*
*verba patris ſunt, & de reb venereis circa filij mentio-*
*agentis.* Nihil ad Pamphilum quicquam.] παρέλ-
*nam abundat Quicquam. nam nemo quiſquam, non*
*tur.* Spectatum.] *Ad Pamphilum, non ad exemplum*
*rtur: & ſpectatum, probatum.* Et magnū exemplum
itinentiæ.] ὑπερβολὴ *laudis, Pamphilus exemplum*
*tinētiæ.* Nam qui cum.] *Qui animus ſcilicet, aut certè*
*io ſubaudiendū.* Animus.] *Deeſt Eius.* Cū ingeniis.]
*enia pro hominib. poſuit.* Conflictatur.] *Id eſt, atteri-*
*. Conflictatio eſt tactus corporū inuicē, & colliſio.* Neq;
nmouetur.] *Vtrū animus, an homo, vt ſubaudiamus*
*'.* Neq; animus cōmouetur.] *Vtrū deeſt eius? an ordo*
*qui animus, cum ingeniis conflictatur eiuſmodi, neque*
*ouetur in ea re tamē.* ἀνανταπόδοτον, *eo quod nō præmiſſo*
*t, vel Quanquam. ſubiecit, Tamē, Salluſtius, Atq; adita*
*liq; tribus tamen cum muris & magnis turrib.* Suæ vi-
modum.] *Moderationē, regimē.* Cum id mihi.] *Cum,*
*æterquā quod.* Tum vno ore omnes.] *Omnes: ne pa-*
*amore falli videretur. & ideo mox ait, Bene diſſimulatū*
*orem, & celatum indicat.* Laudare fortunas meas.]
] *Hoc quaſi ad Gnatonem: ſed leuiter ac ſub lingua*
*rat.* Num quem quam euocari hinc foras?]
*ſe intrare non poſſit.* Sine biduum hoc præ-
] *Et hoc lentius. nam ſi aliter pronunciaueris, ſe-*
*oduntur.* Qui mihi.] *Mihi τὸ ... dictum*
tunatus.] *Vt ipſe videris tibi.* Næ tu ] *Næ valde.*
bis fores.] *Salluſtius, Multos tamē ab adoleſcen-*
*is inſultauit.* Næ tu iſtas ſaxo calcibus.] *Mira*
*tia, in qua vtraq; ... expreſſiſſima eſt. nam*
*uno digitulo minus aliquid dici poteſt, neque calci-*
*e inſultabis, aut amplius, aut ingentius.* Num
*Hic Nã abundat: vt quidnam.* Relictus cuſtos.]
*Etus, quaſi ab excluſo.* Ne quis forte internun-
*Propriè, internuncius.* Ne quis forte internũn-
*Ex his verbis datur intelligi, paraſitum è domo me-*
*egredi.* Ne quis fortè internuncius, clam à mi-
iſtam curſitet.] *Et hoc facetè: quaſi ipſe ſibi Thai-*
*am vendicauerit: quod milites facit.* Facete di-
*εἰρωνικῶς, quia inſacete.* Mira verò militi quæ
it.] *Mira pro mirum. Vergilius: Nota tibi. & eſt*
*Quid mirum eſt, inquit, facete loqui eum, qui*
*aceat? Poteſt tamen & pluraliter intelligi.* Sed
erilem filium.] *Non poteſt Terentius τρόφιμον*
*dicere, & ideo herilem filium dicit.* Miror quid

ex Piræo abierit.] *Hic cauſa oſtenditur, cur poteſt i tus eſſe vicinis, & pro eunucho fingi.* Miror.] *Pro n* Miror quid ex Piræo abierit.] *Vt ex Piræo diſcee ſymbola amicorũ: vt huc perueniret omiſſo negotio, ctus virginis fecit.* Nam ibi cuſtos publice.] *Ad i prædonum incurſus illic excubabat iuuentus Attica raum, vt Sunium, eſt maritima & acceſſu littoris clementior.* Publice eſt nunc.] *Nunc ambigua a ctione poſitum eſt.* Et properans venit.] *Mire lo rum ante formauit, vt geſtus verba præcedant, verb bitum conſequantur.* Non temere eſt.] *Vt Verg Haud temere eſt viſum.*

## ACTVS II. SCENA III.

CHÆREA *adol.* PARMENO *ſeruu*

Creticus. OCcidi,

Oct. iamb. Neq; virgo eſt vſquam: neq; ego, qui illã è ſpectu amiſi meo.

Vbi quæram? vbi inueſtigem? quem percõter? inſiſtam viam?

Incertus ſum: vna hæc ſpes eſt, vbi vbi eſt, diu non poteſt. (

O faciẽ pulchrã: deleo omnes dehinc ex anim

Troch. tetram. Tædet harum quotidianarum formarum. PA ce autem alterum,

Neſcio quid de amore loquitur: ó infortunati

Iãb. tetram. catalecticus. Hic verò eſt, qui ſi amare occeperit, ludum io

Iãbici acat. Dices fuiſſe illum alterum, præ vt huius rabi dabit.

Iamb. tet. cat. CH. Vt illum dij, deæq; ſenium perdant, qui n die remoratus eſt,

Tetra. acat. Meq; adeò, qui reſtiterim: tum autem, qui ill floccifecerim.

Sed eccum Parmenonem: ſalue. PAR. quid tu ſtis, quid've es alacris?

Vnde is? CH. ego neſcio Hercle, neq; vnde ea que quorſum eam:

Dimet. iãb. Ita prorſum oblitus ſum mei.

PAR. Quî quæſo CH. amo. PAR. hem. CH. r Parmeno oſtendes qui vir ſies.

:e mihi ſæpe pollicitum eſſe, Cherea aliquid in-
ni
o quod ames: in ea re vtilitatem ego faciam vt
gnoſcas meam.
in cellulam ad te patris penum * omne con- al. omnem.
rebam clanculum.
Age inepte. CH. hoc hercle factum eſt: fac ſis
ne promiſſa appareant:
ideo digna res eſt, vbi tu neruos intēdas tuos.
ſimilis virgo eſt virginum noſtrarū: quas ma-
s ſtudent
ſſis humeris eſſe, vincto pectore, vt graciles
it.
i eſt habitior paulò, pugilem eſſe aiunt: dedu-
.t cibum,
tſi bona eſt natura, reddunt curatura iun-
s.
:rgo amantur. PAR. quid tua iſtæc? CH. noua
ira oris. PAR. papæ.
olor verus, corpus ſolidū, & ſucci plenū. PA.
i? CH. anni ſexdecim.
·los ipſe. CH. hanc tu mihi vel vi, vel clàm, vel Senarij catalect. vterque.
:ario
das: mea nihil refert, dum potiar modo.
Quid? virgo cuia eſt? CH. neſcio Hercle PA. vn- Iāb. tetram. catal.
ſt? CH. tantundem. PA. vbi habitat?
: id quidem. PA. vbi vidiſti? CH In via. CH. qua Iamb. trimet.
one amiſti? CH. id equidem
iens mecum ſtomachabar modo: neq;
quā ego hominē eſſe arbitror, cui magis bonę
ites omnes aduerſæ ſient.
uid hoc eſt ſceleris? CH. perij. PA. Quid factū
CH. rogas?
:ognatum atque æqualem, Archidemidem
? PAR. quid ni? CH. is, dum ſequor hanc, fit
obuiam.
icommode Hercle. CH. imò * enimuero in- elide n.
ter:
icommoda alia ſunt dicenda, Parmeno.
quet mihi deierare his menſibus

Sex * vel ſeptem prorſum non vidiſſe proximis: — * vel, ſuper-eſt in verſu.
Niſi nunc cùm minimè vellem, minimeq; opus
Eho nónne hoc monſtri ſimile eſt? quid ais? P.
ximè.
CH. Continuo currit ad me quàm longè quide
Incuruus, tremulus, labiis demiſſis, gemens.
Heus heus, tibi dico Chærea, inquit: reſtiti.
Scin' quid ego te volebam? dic: cras eſt mihi
Iudicium. quid tum? vt diligenter nuncies
Patri, aduocatus mane mihi eſſe vt meminerit.
Dum hæc * dicit, abiit hora: rogo nunquid veli — * al. loquuntur.
Rectè inquit. abeo. cum huc reſpicio ad virgin
Illa ſeſe interea commodum huc aduorterat
In noſtram * hanc plateam. PA. mirum ni hanc — * Hãc, redundat in metro.
modo (la
Hæc quæ data eſt dono. CH. huc cum aduenio
PAR. Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginem?
CH. Verùm paraſitus cũ ancilla. PA. ipſa eſt ſci
Deſine, iam conclamatum eſt. CH. alias res ag
PA. Iſtuc ago quidem. CH. noſtin' quæ ſit? di
hi. aut
Vidiſtin'? PAR. vidi, noui: ſcio quò abducta ſit
CH. * O Parmeno mi, noſtin'? PA. noui. CH. i — * al. eho.
vbi ſiet?
PAR. Huc deducta eſt ad Thaidem meretrice — Troch. tetr. catal.
dono data eſt.
CH. Quis is eſt tam potens cum tanto munere
PA. miles Thraſo,
Phædriæ riualis. CH. duras fratris partes præd
PAR. Imò enim ſi ſcias quod donũ huic dono
trà compararet,
Tum magis id dicas. CH. quodnam quæſo H
PAR. Eunuchum. CH. illúmne obſecro,
Inhoneſtam hominem, quem mercatus eſt he
nem, mulierem?
PAR. Iſtuc ipſum. CH. homo quatietur certè c
no foras. (d
Sed iſtam Thaidẽ non ſciui nobis vicinã. PA.
CH. Perij, nunquam me etiámne illam vidiſſe?
dum dic mihi:

e, vt fertur, forma? PAR. ſanè. CH. at nihil ad no-
am hanc. PAR. alia res eſt.
Obſecro Hercle Parmeno, fac vt potiar. PAR. fa-
iam ſedulo: ac
o operam, adiuuabo. nunquid me aliud vis?
H. quo nunc is? PA. domum,
ancipia hæc, ita vt iuſſit frater, deducam ad
aidem.
O fortunatum iſtum Eunuchum, qui quidem in
nc detur domum.
Quid ita? CH. rogitas? ſumma forma ſemper
ſeruam domi
bit, colloquetur, aderit vnà in vnis ædibus. Iamb. tetrã.
m nonnunquam capiet cum ea, interdum pro-
r dormiet. (Parmeno?
Quid ſi nunc tute fortunatus fias? CH quare
onde. PAR. capias tu illius veſtem. CH. veſtem?
id tum poſtea?
Pro illo te deducam. CH audio. PAR. te eſſe il-
a dicam. CH. intelligo.
Tu illis fruare commodis, quibus tu illum di-
as modo.
n vnà capias, adſis, tangas, ludas, propter
mias:
doquidem illarum neque quiſquam te nouit,
que ſcit qui ſies.
rea forma, ætas ipſa eſt, facile vt te pro Eunu-
probes. (lium dari. Troch. tetrã.
Dixti pulchrè: nunquam vidi melius conſi-
amus intrò: nunc iam orna me: abduc, duc,
ntum potes.
uid ais? iocabar equidem. CH. garris. PA. pe-
quid ego egi miſer?
rudis? perculeris iam tu me? tibi equidem
o, mane.
amus. PA pergin'? CH. certum eſt. PAR. vide
imium callidum hoc ſit modo.
on eſt profectò, ſine. PA. at enim iſtæc in me
etur faba: h mum meretriciam
ium facimus. CH. an id flagitium eſt, ſi in do-

Deducar: & illis crucibus, quæ nos noſtramq; a
leſcentiam

* Si legas deſpectã, cõſtat verſus.

Habent * deſpicatam, & quæ nos ſemper omni
cruciant modis,
Nunc referam gratiam, atq; eas itidem fallam, v
illis fallimur?
An potius hæc pati? æquum eſt fieri, vt à me lud
dolis.
Quod qui reſcierint, culpent: illud meritò fac
omnes putent.
PA. Quid iſtuc? ſi certum eſt facere, facias. Verù
poſt conferas
Culpam in me. CH. non faciam. PA. iubésne? CH
beo, cogo, atq; impero.
PA. Nunquam defugiam authoritatem tuam
quere. CH. Di vortant bene.

OCcidi.] *In hac ſcena nouus amor adhuc epheb*
*conſilium demonſtrandæ virginis demonſtratur:*
*virtute poetæ comici, vt hoc commentum non quæſi*
*ſed occurriſſe ſua ſponte videatur.* Occidi, neque v
eſt vſquam.] *Non habuit quid dicere debeat aliud*
*rans & circumſpiciens, niſi occidi.* Occidi.] *Prodi*
*diam ſyllabam verbi huius, & contrarium ſignifica*
que ego, qui illam è conſpectu amiſi meo.] *A*
*riè, dum illam non inuenit, & ſe perdidit.* Vbi quær
*Hoc circumſpectantis eſt.*

Vbi inueſtigem?] *Plus intulit.* Quem percon
*Hoc tertium plus intulit, nam vbi nec veſtigia rep*
*tur: ſupereſt interrogatio.*

Quam inſiſtam viam?] *Si nec qui interrogetur*
*ret.* Quam inſiſtam viam?] *Et qua via legitur.* V
eſt, diu celari non poteſt.] *Ob nimiã ſcilicet form*
*tiam.* O faciem pulchram.] *Faciem modo non par*
*poris dicit, ſed totã ſpeciẽ, quæ apparet, & cernitur.*
*Quibus aſpera quondam Viſa maris facies.* Deleo o
dehinc ex animo mulieres.] *πρὸς τὸ πιθανὸν arg*
*uatus eſt, vt oſtenderet hunc grandẽ iã ephebũ etiã*
*expertẽ nõ fuiſſe. Sic & alibi. Cũ me ipſũ noris, quã*
*formarũ ſpectator ſiẽ, In hac cõmotus ſũ.* Quotidia
*Hoc eſt leuiũ, & vſitatarũ, eſt quippe huic cõtrariũ,*

*ra oris.Papæ.* Ecce autem alterum.] *Sic dicimus, cũ ter alterum de altero venit in mentẽ.* Neſcio quid de ore loquitur.] *Vt iamdudum Phædria loquebatur.* ſfortunatum ſenem.] *Hoc dictum præſtruxit ad e- m fabulæ, ad Cataſtrophẽ. Nam perturbatus ad Thai- ingreditur hic ſenex per fallaciam Pythiæ, & indiciũ nenonis, atque ita firmabuntur nuptiæ virginis, quã t Chærea.* Hic vero eſt.] *Verum ſenex, an Chærea? ſed e potius, Hic vero eſt ſenex.* Qui.] *ſcilicet Chærea.* Præ ius rabies quæ dabit.] *Præ ex comparatione ſigni- ergo propriè, & eſt integra locutio: & ordo eſt: præ vt unt, quæ huius rabies dabit. Et bene Dabit, quaſi de olenta: vt, Dabit ille ruinam Arboribus.* Pre vt huius es quæ dabit.] *H.c ex parte characteris quidem eſt næ Chæreæ, quem moribus conijcit ſeruus ardentiorẽ norem ferri poſſe ſimul ac cœperit.* Præ vt huius ra- quæ dabit.] *Et hic oſtenditur iampridem motum in enereas Chæream: & magna poetæ cura eſt, ne incre- le videatur, adoleſcentulum qui pro Eunucho deduci erit, tam expedite virginem vitiaſſe: quocirca artifex nus, quod ætati non poteſt, naturæ attribuit Chæreæ: llidior ingenio, & ante annos amator, non libidinẽ in ſed quandam rabiem deſignauerit in venereos appeti-* Vt illum.] *Pro vtinam.* Dij deæq; ſenium perdãt.] *dixit ſeniũ, quam ſenem. Nec mireris poſt ſeniũ, qui, tum: ideo quia declinationem ad intellectum retulit. ibi, in Eunuchum ſuam, & ſenex, ad ætatem refertur: im, ad conuitiũ, ſic Lucil. ait, At quidẽ te ſeniũ atque lſe ſophiſta.* Remoratus eſt.] *A remora piſciculo, qui ʒevήis vocatur Remoratio & remoratus dicitur.* Tum : qui illũ.] *Tũ autẽ, pro Et. Duas vultn. cauſas eſſe, cur ũ dij perdant, vnã, quod reſtiterit: alterã, quod ſenem eritus diu remanſerit à perſequenda virgine. Et nota ifecerim, & contemnere, & non contẽnere ſignificare: unc, Qui illũ flocciſecerim, deeſt Vel: vt ſit, Vel floccife- m.* Quid tu es triſtis: quidve es alacris?] *Prouer- e eſt in hominem perturbatum & incerti vultus. Aut s es, nam alacris,* l *litera pro* d *poſita, non triſtis, id ιθαχgὸς intelligitur.* Quidve es alacris?] *Et ala- & alacris dicitur, vt habes apud Vergilium: Ergo*

*alacris,cunctoſque putans excedere pugna.* Quiduc
lacris?] *Alacritas eſt mutatio quædam vultus geſtien*
*ſpem aliquam.* Vnde is?] *Modo ad quid venis ſigni*
*ſed Eo, de loco ad locum veteres dicebãt: quod mox in*
*iectis probabitur.* Quorsũ eã?] *Bene, quia proxime*
*rat, Vbi quarã? vbi inueſtigẽ? quẽ percõter? quam inſ*
*viam? incertus ſum.* Quorſum eam?] *Hinc, vt dixi*
*manifeſtum eſt iter & aduentum ſignificare.* Ita pro
oblitus ſum mei] *Huic contrarium, Dum memor*
*mei. Ergo oblitus mei, inſanus.* Ita prorſus ſum ob
mei.] *Prorſus, recta, id eſt, omnino: nam prorſum, eſt*
*vorſum. id eſt, ante verſum, hinc & proſa oratio, q*
*non inflexit cantilena.* Hem.] *Si cum h, Parmeno: ſi*
*ter, Chærea.* Oſtendes qui vir ſies.] *Non ſi vir ſies*
*qui vir ſies: quod eſt ἐμφατικώτερον ſi quæſiſſet quiden*
*vir ſies. An debeat præſtare qui viuum ſe ſic monſt*
*rus eſt? Et vir modo, non ad ſexum, nec ad ætatem dic*
*ſed ad laudem.*

Qui vir ſies.] *In veteribus inuenitur.* Sæpe p
citum eſſe.] *Pollicitum, quod promittentem vltro ſi*
*fiat, dixit. & ſæpe pollicitum ſe, an neceſſe ſit præſtare*
*qui promiſerit?* Chærea aliquid inueni] *Induxit*
*σιν pragmatice, more ſuo: non contentus dicere quid p*
*tus ſit tantum, ſed quo modo etiam, & quibus verbis.*
do, quod ames.] *Tantummodo, quaſi hæc mora ſit*
*miſſis complendis.* In ea re vtilitatem ego facia
cognoſcas meam.] *An poſſit, qui poſſe ſe affirm*
*plus eſt probaſſe quod promiſerit, quam oſtendere*
*poſſit.* Cum in cellulam.] *Sic dicit anus * quæ & ac*
*rit beneficium.* Patris penum omne.] *Ipſum pen*
*non ex eo aliquid ὑπερβολικῶς. Et hoc penu, & hic pe*
*& hæc penus, veteres dixerunt. Ergo & omnem &*
*legitur.* Congerebam clanculum.] *λάτρα ἤκρυφα.*
inepte.] *Qui dubitas de promiſſis, an qui exprob*
*multa eſſe largitum?* Hochercle factum eſt.] *In*
*quod amem. hoc quod dicebas, inquit, moræ eſſe, ian*
*ctum eſt, amo.* Promiſſa appareant.] *Vtilitatem v*
*gnoſcam tuam.* Siue adeo digna eſt.] *Si perſona Par*
*nonis eſt, Siue abundat, & pro expletiua coniunct*
*modo eſt. in quibuſdam omnino non legitur. Adeo au*

*abu*

*at, aut Nimis ſignificat, vel ſatis. Si Chæreæ dicit, hic ſenſus eſt, Fac ſi vis nunc, ſiue adeo digna res eſt vt neruos intendas tuos vt promiſſa appareant. vt ſit, is, & addatur Vt. quod deeſt, Fac vt promiſſa appareant.* Vbi tu neruos intendas tuos.] *Vtrum obiicane ſeruus? an μετὰ φοβερῶν. vbi laborare ac periclitari? ſed melius legunt qui hoc totum ad perſonam apChæreæ: & melius quam qui Parmenonem hoc puqui, ſiue adeo digna res eſt vbi neruos intẽdas tuos.* ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum.] *Ciuium id eſt, terræ ac patriæ noſtræ. vt Verg. Non eadem ius pendet vindemia noſtris. & Salluſt. Noſtri fœda* mas matres ſtudent.] *Hoc verbo oſtendit cultum iæ, non pulchritudinem naturalem.* Demiſſis hueſſe.] *Antiqui enim Græci etiam virginibus ſuis in palæſtram ad componenda corpora. Vel demiſſis s eſſe, liquide & molliter deductis, neque extantiin modum.* Vincto pectore.] *Caſtigato ac tenui, t vincto. deeſt ergo velut.* Vt graciles ſient.] *A ri gracilis venit hæc declinatio.* Demiſſis humeris ncto pectore.] *Non accipiendum eſt quaſi hoc d hoc illas ſtudent matres demiſſis humeris eſſe & ectore, vt graciles ſient: quaſi hæc duo propter illud fiant; ſed variè tria dixit, ne diceret * aut illas demiſſis humeris, & vinctum pectus, vt grait.*

ua eſt habitior.] *Vnde & habitudo dicitur. vt, bitudo eſt corporis? nam habilior, aptior intelligi, Namque humeris de more habilem ſuſpenderat ergo habitior legendum eſt.* Pugilem eſſe aiunt.] *virginem.* Deducunt cibum.] *Mirè vituperauit , quam accurauerit fames, & propriè deducunt.* ſi bona eſt natura.] *Bona, i. plena, magna & pin*eddunt.] *Exhibent, perficiunt.* Curatura.] *Cura eſt: Curatio, medicinæ: Curatura diligentiæ.* Iun*tenues & pallidas.* Itaque ergo amantur.] *Itauit, nemo illas amat, εἰρωνεία eſt. aut verè aman- o magis hæc amanda ſit, quæ naturæ beneficio, nõ mptibus, aut induſtria eſt pulchra.* Itaque erantur.] *Atque ita ſit vt amentur: non naturæ*

*merito, ſed induſtria.* Quid tua iſthæc?] *Recte: ſi en dicet, At nihil ad noſtram hanc.* Noua figura oris. *dis genus eſt Noua: quia dixerat, Tædet quotidia barum formar.i.* Quid tua iſthæc?] *Deeſt, qualis*

Papæ.] *Interiectio mira ſubitò accipientis.* Co rus.] *Quia non de cura eſt, ac de fuco, id eſt, natura fucatus.* Corpus ſolidum.] *Quia non vitiatum.* plenum.] *Quia nemo deduxit cibum, nam ſuccus mor in corpore, quo abundant bene valentes. Ver. cus pecori, & lac ſubducitur agnis. Succus propri ſugus, quem ſibi ex alimentis membra ſugunt, vi pleant.* Corpus ſolidum.] *Plenum, & forte, id e flaccidum.* Succi plenum.] *Succus eſt interior pi membrorum.* Anni ſexdecim.] *Vide quemadmo tatem virginis maturæ poeta ex occaſione demonſtr* Hanc tu mihi vel vi, vel clàm, vel precario.] *I ſunt quibus non ritè res agitur, Vel vi, vel clàm, cario. Sine precij mentione, vel quia virgo, non m vel quia nulla ephebo ſpes eſt fallendi ſenis.* Hanc hi, vel vi, vel clàm, vel precario fac tradas.] *Sec ius loquutus eſt. nam his tribus mala fide aliquid tur, vi, clàm, precario. Vi, quia virgo: clàm, quia cuſ precario, quia preciū non habet Chærea.* Mea nihi dū potiar modo.] *Non hoc perſonæ attribuendi affectui. Non enim quia Chærea eſt, ſed quia amato ſe cupit facere quemadmodum potiatur.* Quid erg eſt?] *Vtrum ſerua, an filia?* Ne id quidem.] *Pulc rietas, Neſcio, Tantundem, Ne id quidem.* Qua amiſti?] *Figura συγκοπὴ pro amiſiſti.*

Qua ratione amiſti?] *Si non remanſiſſet Cha conſequutus virginem vidiſſet quo deducta eſſe quàm Parmenonem conueniret: non ita procederet vt nunc procedit: irruiſſet enim in cognitionem m importunè Chærea, nec pro Eunucho adduceret. rius.* Id quidem.] *Deeſt ob, aut propter, vt ſit, ol propter id.* Mecum ſtomachabar.] *Bene mecu acriorem dolorem ſuſtinet, qui ipſe ſibi iraſci cogit cum ergo, pro apud me, vel mihi.* Hominem eſ tror. *Deeſt, quàm me.* Felicitates.] *Felicitas adu cum ex proſperitate, quod lædat, naſcitur.*

agis bonæ felicitates.] *Bonæ, magnæ, nouæ. Di- em magnas felicitates ſibi aduerſari, eo quod virgi- ntæ pulchritudinis ex oculis amiſerit. nam vidiſſe 'icitatis indicat: ſed amiſiſſe, aduerſæ felicitatis. & onæ dixit, vel magnæ, vel nimiæ intelliguntur, vel , eſt proprium & perpetuum felicitatum.* Bonæ ites.] *ἐπίθετον eſt, eo quod felicitates pluraliter it. ἐπίθετα autem tribus de cauſis nominibus ad- ·, diſcretionis, proprietatis, ornatus. Diſcretionis: ygiæ molimur montibus Idæ. Proprietatis: vt, Ter- npetum fera & dentibus acris. Ornatus: vt, Alma Phrygii genuit Simoëntis ad vndam.* Quid hoc eſt ;?] *Propter hoc quod patior, inquit: nunc enim ſce- t à ſene commiſſum.* Archidemidem noſtin'?] *pronunciandum eſt, vt appareat ex ipſo nomine ſta- oſum neſcio quē occurriſſe, ac permoleſtum.* Quid- *rreptio eſt, ab ſe manifeſta inquirentis. eſt enim ſen- id niſi? aut cur non nouerim? eſt enim quid ni, aut ſi, aut cur non? quia veteres ni pro ne ponebant: & non. vt Plaut. Ni ſtulta ſis, pro ne. & ne vult, pro lt.* Imò enimuerò infeliciter.] *Bene hoc interpo- od incredibile eſt tardiorem futurum amatorem in- rginis.* Nam incommoda alia ſunt dicenda.] *inora ſunt ſcilicet, aut ſimilia.* Illum liquet mihi re.] *Liquidum eſt, conſtans, & manifeſtum, & cer- iquet, pro liquidum eſt, vt claudit, pro clauſum eſt, d Salluſt. Nihil ſocordia claudebat. Et eſt liquet ver- iris, quo vtebantur iudices, cum amplius pronun- t, obſcuritate commoti cauſæ magis quam negotii itate. Deierare, valde iurare, vt demiror, & deamo , ſi De producta legeris, ſi correpta, deos iurare in- ur.* Prorſum non vidiſſe proximis.] *Quia non dixit, Proximis, præteritis intelligimus. Proxima e- obis aut præterita aut futura ſunt. Nam præſentia ;, in quibus nunc ſumus.* Niſi nunc quum mini- llem.] *Quia ſemper nolui, ideo nunc minimè, vt- dolescens ſenem.* Quàm longe quidem.] *Bene lon- it, quia longè non potuit dicere. an ſubauditur E- ſit, Quàm longè erat?* Minimeque opus fuit.] *Sæpe nolumus tantum: nunc etiam opus non eſt.* Incur- uus, tre-

uus, tremulus, labiis demiſſis, gemens.] *Vt o ſtendat in contrarium ſibi verſa eſſe, etiam curſu bu t ſeni. Labra ſunt ſuperiora Labia inferiora. La norum propriè dicuntur. Gemens autem, ob con tuſſim. Sic Lucilius, Ante fores autem, & triclini quidam perditus Tyreſia tuſſi grandæuus gemebat uus, valde curuus. Sic Vergilius, Turnus vt infra uerſo marte Latinos Defeciſſe videt. Infractos enim fractos ſignificat. nam In præpoſitio nunc auget, mi nuit dictionem. Rectè etiam deformitatem deſcrib qui præter ætatem poſt pulchram virginem fœdior tur. Et quam importune omnia? pro puella, ſenex o pro virgine incuruus tremulus: pro pulchra, labiis ſis, gemens. & cum amator ſit, inaniter adoleſcenti dicium loquitur: dum feſtinandum ſit, remoratur.* demiſſis.] *Maiora labra, vnde labiones. Alij lab riora, & labra ſuperiora.* Heus heus tibi dicc rea.] *Tibi dico Chærea, non adderet, niſi videret C diſſimulantem præterire.* Inquit.] *Aliter, inquit, p ciandum eſt, hoc eſt concitate. nam ſenis verba alite renda ſunt.* Scin quid ego te volebam?] *Hic oſtẽ dioſa tarditas ſenis apud feſtinantem Chæream: n dicit, ſed promittit ſe dicturum* Vt diligenter nu *Diligenter. nihil tam abundanter, nihil tam mora ci potuit.* Cras eſt mihi iudicium.] *Huic moræ e lud additum, quod cum debeat dicere quid velit, p cit quod non eſt neceſſarium, quare velit.* Eſſe vt nerit.] *Non, vt ſit: ſed, vt eſſe meminerit, O pro* Dum hæc dicit.] *Dat tempus verbis: quæ non quamuis imitaretur exprimere.* Rogo nunquid *Hoc eſt, ſignifico me abire: nam abituri, ne id durè fa nunquid vis, dicebant his quibuſcum conſtitiſſent eſt ergo, rogo nunquid velit? hoc eſt, dico quod abeu lent.* Rectè inquit.] *Pro eo quod eſt nihil: & m τῷ ἀπτπιισμῷ.* Cum huc reſpicio.] *In hanc parte cet, qua meretrix habitabat.* † Commodum.] *T quod, vel ipſo eodémque tempore.* Commodum. *Et hoc ſignificat: vt ſi dicas, eodem tempore quo hoc tur. Nam interea, nunc coniunctio accipienda eſt: no lias, pro aduerbio ponitur.* In hanc noſtram plat

† al. Interea commodũ.

*uia vicina eſt illis Thais, ad quam deducitur.* Nul-
.] *Etenim ingreſſa ia fuerat.* Comites ſecuti ſci-
rginem? ] *Interrogatiue quidem, ſed ſic vt ſcire*
*r id quod quærit, ſed ad hoc quærere, vt quod ſcit*
*et.* Verum paraſitus. ] *Verum, modo inceptiua*
*relatiua particula. vt in Andria, Verum vidi Can-*
*ſuffarcinatam* Iam conclamatum eſt. ] *Tranſ-*
*te finitum, vt conclamata corpora nihil reliqui iam*
*ad vitæ officia.* Conclamatum eſt.] *Manifeſtum*
*t, ipſam idem* eſſe, vel pulchram eſſe. quia & ipſe*
*, Hæc ſuperat ipſam Thaidem. vt in conclamatis*
*us nulla duratio eſt doloris & luctus. Vnde Luca-*
*Corpora nondum conclamata iacent. Aut concla-*
*ſatis deploratum, ſatiſque vociferatum eſt: quia*
*, O infortunatum ſenem: ſi & hic amare cœperit.*
*m dicat, Iam occiſum patrem tandem ſcimus, iam-*
*mus.* Alias res agis ] *Rectè, quia dixit ille, Iam*
*tum eſt.* Alias res agis. ] *Aut non attendis ad id*
*o ſignificat, vt nulla ſit in eo attentio: Aut nuga-*
*s agis, hoc eſt, iocaris. nam hinc natum eſt, agite a-*
*aſi dicat, vanas res agis.* Scio quò abducta ſit. ]
*it quam interrogabatur: credo tædio interrogan-*
*properat, vt dicturus eſt, ad deducendum Eunu-*
*d Thaidem cum ancilla ex Aethiopia.* Scio quo
a ſit. ] *Secunda ἀποσιώπησις.* Eho Parmeno mi
& ſcis vbi ſiet?] *Amatorie ſatis repetuntur quæ*
*cta ſuſfecerant.* Huc deducta eſt ad meretri-
*t hoc confundit ſemel & acervatim dicit, velut o-*
*rogantis ſæpius, & feſtinatione ad mandata Phæ-*
*agenda.* Phædriæ riualis. ] *Cum pronunciatione*
*m, quo magis doleat, Phædriæ riualis.* Duras
partes prædicas. ] *Scilicet contra æmulum & di-*
*r largiſſimum. Et partes duas μεταφορικῶς ab a-*
*ſcenicis.* Comparet. ] *Hic iam oſtenditur miles*
*r per riualis dona, quam per ſua. Et eſt qualitas*
*tiua. Comparet, pro amat, aut comparandum pu-*
n autem magis id dicas. ] *Duras partes fratris*
idnam quæſo hercle? ] *Curioſitatem addidit*
*ντων. Quæſo hercle. Et vide quam molliter, & ſi-*
*ectu ſpectatoris ad argumenti ſpectat ordinem*

*poeta perueniat: vt de Eunucho facta mentione con naſcatur ſupponendi Chereæ* Eunuchum. ] *Mirè* ' *tius primo ſimpliciter Eunucho nomen poſuit, huic q detractaturus.* Inhoneſtum. ] *Fœdum: vt contra honeſta: vt apud Vergil. Et lætos oculis afflarat ho* Hominem.] *Opportunè hominem dixit, tanquam . ſexus.* Senem mulierem.] *Non communi genere di nem: quippe qui alibi ſeparauerit dicendo ſenex atq ſed ſubdiſtinguẽdum eſt, vt ſit duplex vituperatio, ætate, quod ait ſenem: altera à membrorum mollitie. nit mulierem.* Quatietur certe cum dono foras. *cum dono: tanquam illi repulſæ cauſa donum fui ſit. Tum deinde non reiicietur, ſed quatietur. Vide contumelioſius dictum ſit, quatietur foras, vel verb impelletur foras, non expulſione, ſed detruſione: vel xit, foràs quatietur, vt deſit Verſum, vt ſit, foràs v verberabitur. vt verberetur & fugetur foras. nam mulgatæ conſuetudinis dictum eſt, feri canem fora eſt, feriendo canem eiice.* Sed iſtam Thaidem no nobis vicinam. ] *Quomodo enim pro Eunucho ve aut nouit, aut notus eſt? Et ſi mulierem adoleſcens n quidem: ipſe multo maxime neſcietur.* Sed iſtam dem non ſciui nobis vicinam. ] *οἰκονομία contr quod meretrix vicina erat.* Haud diu eſt. ] *Vicina ſ Et eſt cauſa, An veriſimile ſit neſcire potuiſſe vicina nota apud Terentium vicinas poni ſæpius adoleſcen meretrices, vt hæc ſit prima amoris illecebra.* Nunq ne etiam me vidiſſe illam?] *Artificioſe inculcat p πιθανόν.* Eſtne vt fertur forma?] *Hoc propter illud ſupra diximus: Sed nimio lepôre Terentiano, iam illu tur. Nam hic oſtenditur veriſimile eſſe pro Eunuch ditum apud vicinam meretricem Chæream, qui adeo tus ſit mulieri, vt nec ipſe eam nouerit: quod erat fa & promptius. Et additur color, quod & illa non diu na eſt, & quod adoleſcens plurimum in Piræo comm eſt.* Nihil ad noſtram hanc. ] *Moraliter noſtram pro meam.* Alia res eſt.] *Non potuit melius ſuam v gratiam reſeruare. nam & illa, & hæc amantur.* Fa ſedulo. ] *Mirè in promiſſis poſterioribus difficult oſtenditur: cum primo faciam dixerit.* Nunquid r

liud

?] *Hoc dicere abeuntes ſolent. Et bene, Nunquid i vs? quia feſtinat, & ſimul quia hinc naſcitur do- ndæ meretrici.* Vt mancipia hæc, ita vt iuſſit educam ad Thaidem.] *Vide Terentium, vt non eſſe hæc fallacia, ſed ipſa ſe obtuliſſe videatur.* O tum item Eunuchum.] *Iſtum ſæpe annotaui- t ad nomen proprium, aut ad odium referri: vt Vergil. id petis iſtis? &, Iſta quidem quia nota mihi tua oluntas Iuppiter.* Qui quidem in hanc detur 1.] *Quid facilius quam imitari velle quod lau- quiſquam, niſi qui cupit, eligitur pro Eunucho, uchum putat eſſe beatum. Vide quam molli de- l hoc conſilium peruenitur. Res enim hoc ſuggerit iam Parmeno: ideo, quia ſeruum hoc ſuadere imis temerarium fuit.* Quid ita?] *Potuit intel- tim ſeruus: ſed ad hoc interrogat, vt doceatur ſpe-* idebit, colloquetur, aderit vnà, &c.] *Amato- , quinque lineas amoris executus eſt: adeoque di- , vt etiam ordinem cuſtodierit.* Videbit, collo- aderit vnà in vnis ædibus.] *Mirè amator non udit hoc bonum, ſed particulatim digreditur, vt oluptas futura eſſe noſcatur.* Videbit, colloque- it, &c.] *Iſtæc enim ſunt amoris lineæ, etſi eas non ? perſecutus.* Quid ſi nunc tute fortunatus :] *videtur Parmeno dicere, potius vt iocetur, quam redat poſſe* Capias tu illius veſtem.] *Non ſemel ir quod futurum ſit: quia particulatim poteſt et- i turpe eſt, tamen mitti ad perſuaſionem: Simul a reſpicitur. Ergo non dixit, ibis pro Eunucho: ſed apias illius veſtem, tum deinde hoc ipſum non a- e domino, pergit ſeruus ad cætera quæ audaciora* ſtem.] *Quam libenter audiat, repetitio dictorum rogationem oſtendit.* Audio.] *Id eſt, libenter hoc & conſentio. Vt in Phormione, Audio, & fateor, à, non audio.* Intelligo.] *Audio & intelligo, vim n vſitatam exprimunt. ſcilicet conſentientis immo- ffectum.* Cibum vna capias.] *Bene ſeruus inter- t ſupra dictas amandi lineas, & ordinem volu- quippe qui amare non nouerit.* Cibum vna ca- dſis, tangas, ludas, propter dormias.] *Etſi*

*ſatis*

*ſatis erat ſuperior verſus, tamen incentiua, etiam ſigillatim hæc enumerata, quæ vna ſen rior verſus oſtenderat.* Quandoquidem illa ex illis. Quiſquam. ] *Quia quicquam dicere, eſt.* Illarum quiſquam. ] *Quiſquam, mul probatur etiam fœminino genere veteres proti in numeris & generibus hæc pronomina infini* que ſcit qui ſies. ] *Hoc eſt quod ſupra callide ſtruxit.* Forma atque ætas ipſa eſt. ] *Deeſt i* vt pro Eunucho probes. ] *Formam ſili. e formam, quia pulcher erat ætatem quia ephebu* pro Eunucho probes. ] *Probes, fingas, at deas, vt in conſuetudine dicimus, Homo ſacrile nocente ſe probauit. Et C.c. Hoc tu his probat deeſt Te quod ſubaudiamus: vt ſit, Pro Eunuch Probes, vt: Migrantes cernas. Aut probes pe ſimul honeſte, non dixit quod erat rectum, vt probes, ſed pro Eunucho; ne eſſet contumelioſ ream.* Nunciam orna me. ] *Hortatiue Orna deſpolia, aut exue me.* Abduc. ] *Abducimur mus. Ducimur quo nolumus.* Quantum po cito. Quid agis? ] *Callide ſeruus non vult ſe d deri ta... facinoris* Quo trudis? ] *Comici ſemp dunt fieri ab altero verbis alterius perſonæ, per ſe ipſa non poterant, vt nunc manu ag Parmenone dicente cognoſcimus.* Quo trudis *vi cogendum domino quem compulit dictis.* iam tu me ] *Peruerteris. vnde prouerbium ſtrum perculit.* Tibi equidem dico, mane. ] *iſta pronuncianda ſunt, ex quibus intelligatur, Chæream quin adhuc impellit, & trudat.* Perg *vero ioco dixerit, non ſerio.* Ne nimium calli *riculoſum, ſed melius callidum legitur. Nimi biale, quia nimium propria vox eſt.* Flagi mus. ] *Flagitium more militari dicitur, res fl eſt, increpatione digna. Nam flagitatio à ſtrep vnde flamma, & flagella, & flagitare, id eſt, p telligimus dici. Nam hæc omnia ſine ſonitu crep ſunt.* An id flagitium eſt? ] *An liceat? An prius, quia licet.* At enim iſtæc iam me*udi

*in me hoc malum recidet, in me hæc vindicabitur vt laborat ſ lum,in quo cud tur ... eſt ha... ... ſiliquis exuitur tunſa fuſtibus : vt i ... rum ſit. Vel quod quidam male coctam ..., & n maduerit, ſed dura permanſerit, ſupra caput coluti ipſi faba ... ſaxo comminuunt. ... vulnerilum, & omnis dolor ad coquum peruenit. Simile à pulmento prouerbium eſt: Tute hoc intriſti, tibi ...xedendum ... e.* An id flagitium eſt.] *Terēdat argumentum huius fabulæ in quo exemplum ...r, quod proſit parentibus, obſit meretricibus, & ſi... iberationibus tractans id faciendum.* Si in domū ...iciam deducar.] *Hoc tale eſt, vt nulla lex prohi... defenditur vt licitum.* Et illis crucibus.] *Hoc iā ...pertinet, vt oſtendatur decere, & primo à perſona ...ſit.* Habeat deſpicatā ] *Contemptam, atque de... & ita eſt ... & μεταπλασμός. Vel certe verbi declinatio, ab eo quod eſt deſpicor, vt conſpi...uſtius: Cum interea Metellus monte digrediens cū ... conſpicatur, primo dubius quidnam inſolita fa...nderet.* Nūc referam gratiam.] *Non eas, inquit, ...: ſed quod iuſtum eſt vicem reddam: quaſi ipſe in ...us ſit.* Vt ab illis fallimur ] *Non dixit, alij fallun... potius* hæc pati æquum eſt fieri.] *Illic viciſſi...tat in pati dolos.* Vt à me ludatur.] *σύλληψις ſub... pati.*

...d qui reſcierint.] *Ex conſequentibus argumen...m illud factum vituperatio ſequitur, hoc appro...* lud ... exito factum omnes putent.] *Bene, non ...quia & hoc iſtum non ſatis probum eſt, vel me...i fallere.* Quid iſtic?] *Aduerbium eſt agre conce...* acias.] *Pro facito.* Verum.] *Deeſt, inde.* Verū ne ...nferas.] *Si ne prohibentis eſt, nihil deeſt: ſi percon...t ſit ne forte, deeſt, timeo.* Verum, ne poſt confe... ...am in me.] *In hoc negocio non autor vult inter...erius.* Cogo atque impero.] *Euidenter oſten...ſſe imperare quam iubere.* Nunquam.] *Pro non, ...quam omnes hodie moriemur inulti.* Nunquam ...im autoritatem tuam.] *Non, inquit, recuſabo ...um tu tamen autor ſis facti.*

# ACTVS III. SCENA I.

THRASO *miles*. GNATO.
PARMENO.

Senarij Iāb.

MAgnas verò agere gratias Thais mihi?
GN. Ingentei. TH. ain' tu læta eſt? GN. non
ipſo quidem
Dono, quàm abs te datum eſſe: id verò ſerio
Triumphat. PA. huc proviſo, vt vbi tempus ſiet
Deducam: ſed eccum militem. TH. eſt iſtuc dat
Profectò mihi, grata vt ſint, quæ facio, omnia.
GN. Aduorti hercle animum. TH. vel rex ſemper
ximas
Mihi agebat, quicquid feceram: alijs non item.
GN. Labore alieno magnam partam gloriam
Verbis ſæpe in ſe tranſmouet, qui habet ſalem
Quod in te eſt. TH. habes. GN. rex te ergo in o

Donatus legit Quod, ſed eliditur d.

TH. ſcilicet.
GN. Geſtire. TH. verum credere omnem exerc
Conſilia. GN. mirum. TH. tum ſicubi eum ſatie
Hominum, aut negoti ſi quando odium cepe
Requieſcere vbi volebat, quaſi, noſtin'? GN. ſc
Quaſi vbi illam expueret miſeriam ex animo
tenes.
Tum me conuiuam ſolum abducebat ſibi. GN
Regem elegantem narras. TH. imo ſic homo e
Perpaucorū hominū. GN. imò nullorum arb
Si tecum viuit. TH. inuidere omnes mihi:
Mordere clanculum, ego non flocci pendere.
Illi inuidere miſerè, verùm vnus tamen
Impenſe, elephantis quem Indicis præfecerat.
Is vbi moleſtus magis eſt, quæſo inquam Stra
Eóne es ferox, quia habes imperium in bellua
GN. Pulchre me hercle dictum & ſapienter: pa
Iugularas hominem. quid ille? TH. mutus illic
GN. Quid ni eſſet? PA. dij veſtram fidem, hom
perditum, (G
Miſerumque, & illum ſacrilegum. TH. quid
Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio:
Nunquid tibi dixi? GN. nūquam: ſed narra ob

illies iam audiui. TH. vnà in conuiuio
c, quem dico, Rhodius adoleſcentulus.
abui ſcortum: cœpit ad id alludere,
irridere. Quid ais, inquam, homo impudens?
tute es, & pulpamentũ quæris. GN. ha ha hæ.
id eſt? GN. facete, lepide, laute: nihil ſupra.
obſecro * ne hoc dictum erat? vetus credidi. * al te
dieras? GN. ſæpe, & fertur in primis. TH.
m eſt.
olet dictum imprudenti adoleſcenti, & li-
.
e dij perdant. GN. quid ille quæſo? THR. per-
.
ines qui aderant emoriri, denique
ant omnes iam me. GN. non iniuria.
heus tu, purgón' ego me de iſtac Thaidi,
am me amare *ſuſpicatur? GN. nihil minus: * al. ſuſpicata eſt.
gis auge ſuſpicionem. TH. cur? GN. rogas?
uando illa mentionem Phædriæ
t ſi laudat, te vt male vrat? TH. ſentio.
t ne fiat, hæc res ſola eſt remedio:
ninabit Phædriam, tu Pamphilam
iò: Si quando illa dicet, Phædriam
ttamus commeſſatum: tu Pamphilam
m prouocemus: ſi laudabit hæc
mam: tu huius contra. denique
referto, quod eam mordeat. Deeſt ſyllaba par ſic pari. aut par mox pari, conſtat metrum.
uidem me amaret: tum iſtuc prodeſſet
).
uando illud quod tu das, expectat atque

im amat te: iamdudum illi facilè fit
oleat, * metuet ſemper, quem ipſa nunc al. metuat

, ne quando iratus tu aliò conferas.
dixti: at mihi iſtuc non in mentem venerat.
culum, * non enim cogitaras. cæterum al. neo
: tute melius quanto inueniſſes Thraſo?
s vero agere gratias.] *Hic ſermo ſic prodit, vt*
*enam inchoatus eſſe videatur. Continet autem*

*aſſentationem paraſiticam, & ſtultitiam glorioſi m*
Agere.] *Plus ſonat infinitus modus finito.* Ingēteis
*de quantum adijciat paraſitus, ille magnas dixit, hic*
*ūet ingenteis: Ille, Læta eſt, hic, triumphat.* Id verò ſ
*Id, ob id. vt, Id amabo adiuta me. Alias παρέλκεται*
*productionis locus eſt.* Quam abs te datum eſt ] M
*eſt gratiæ tātum potuiſſe amorem militis, vt meretr*
*nus lætaretur ob lucrum.* Triumphat.] *Vt milit*
*dictis tangit militem paraſitus.* Huc prouiſo.]
*perſona venit in ſcenam: ſed ſeparatim loquitur, & ſ*
Sed eccum militem.] *Iniurioſè militem. honorifi*
*prio nomine dicitur: vt in ſubiectis, Audire voce*
*ſum modo militis.* Et iſtuc datum.] *Fato decretoq;*
*ceſſum: vt, Non dabitur regnis eſto, prohibere Latin*
grata mihi ſint quæ facio omnia.] *Gratæ noi*
*aut res, aut perſonæ, ſed nunc res dicit.* Aduorti
animum.] *Approbat dictum & hoc, Ait. aio.*

Vel rex ſemper maximas mihi agebat ] *Qu*
*intempeſtiue miles ad regem tranſitum fecit, cum a*
*trice agatur.* Quæ facio omnia.] *ἔκλειψις vel σ*
Vel rex.] *Vt in Hecyra, Vel hic Pamphilus iurab*
*ties Bacchidi, quàm ſanctè.* Vel rex ſemper max
*Subauditur gratias, ab eo quod ſupra dixit, Magi*
*agere gratias Thais mihi?* Partam gloriam.] *Id*
*paritur: vt, Vectus equo ſpumante Sages.* Qui ha
lem.] *Sal neutraliter condimentum eſt: maſculine*
*tia.* Verbis in ſe ſæpe transfert, qui habet ſaler
*rè adulator hoc attribuit militi, quod minimè ha*
*verba vel ſalem.* Quod in te eſt.] *Quod tu habe*
bes.] *Intelligis, quod enim tenemus corpore, haben*
*mo: quod item animo habemus, intelligimus. Habe.*
*telligis. Sic dicitur accipe, hoc eſt habe. Habes etiam*
*dicis. vt Salluſtius, Tarteſſum Hiſpaniæ ciuitatem*
*nunc Tyrij mutato nomine Gadrium habent.* Rex
in oculis.] *Scilicet Geſtire.* Verum.] *Vide inc*
*præparationem laudari ſe cupientis, adeò vt n*
*verba impleri, quin præfeſtinet Scilicet & Verum*
Credere omnem exercitum.] *Magis ridebis,*
*deres militem motum eſſe, * qui.* Credere om
xercitum. Conſilia.] *ſub obtentu militis eſt ſtul*

*breuiter comitem regium acceptũq; imperatori. Nã ... ic credit exercitũ, credit & conſilia. Vergilius, Nul- ... ſine te quæretur gloria rebus, Seu pacem, ſeu bella ... tibi maxima rerum Verborumque fides.* Cõſilia.] ... *plus enim eſt conſilia, quam totus exercitus.* Mi- ... *lius per εἰρωνείαν pronunciamus mirum, quaſi di- ... is non crederet tali viro? Sed poteſt etiam ſimplici- ... admirantis geſtu accipi.* Vbi ſatietas hominum, ... gocij ſi quando odium ceperat.] *Reip. princeps ... s patitur, homines & negocia, id eſt, perſonas & res ... m.* Satietas hominum, aut negocij ſi quando ... ceperat.] *Propriè reddit & decenter, hominum ... , negocij odiũ. Non enim par erat reip. principẽ ho- ... tio laborare.* Quieſcere vbi volebat.] *Bono verbo ... . Nam ceſſat deſidioſus: Requieſcit defeſſus.* Quaſi ... ?] *Grate expreſſit ſtulti inſaniam militis, qui ante ... elligi quod ſẽtit, quã ipſe dicat. Et propriè hoc mo- ... ſtolidi, ſiue ruditer loquẽtis.* Quaſi noſtin'?] *ἀπο- ... ς, pro habes hoc? hoc eſt, quod ſupra, intelligis?* ... vbi illam expueret miſeriam.] *Vbi pro quando, ... is, & ſupra.* Expueret.] *Expuere eſt cum faſtidio ... reijcere & expellere. Nam expuere eſt extra pus ... , id eſt, foras. Nam pus eſt omnis humor corpori o- ...* . Tum me conuiuam ſolum abducebat ſibi.] ... *erat, vt qui eſſet miniſter magnarum rerum, id eſt, ... rius: voluptatum quoque regis particeps eſſet. Et ... o ſignificatiu dicatur me, & conuiuam, & ſolum, ... ucebat: nam non vocabat. Et ſibi, quaſi non propter ... vt ſibi bene eſſet. Tum me conuiuam, id eſt, cum ſa- ... ominum eſſet, cum odiſſet negotia.* Regem elegã- ... rras.] *Qui eligere ſciat, aut qui ipſe ſit eligendus.* ... icorum hominum.] *Aut qui paucis vtitur, aut ... paucis eſt, aut qui paucis placet: hoc eſt, bonis & ſa- ... us, qui ferè pauci ſunt.* Imò nullorum arbitror, ... n viuit.] *Hoc auerſus, ne miles audiat. Poteſt tamẽ ... r intelligi, maximè cum milite.* Inuidere omnes ... *Plus poteſt ad ſignificandum infinitum tempus, ... initum.* Ego non flocci pendere.] *Quod mor- ... clanculum, vel quod inuiderent. Conuiuam ſolum ... bat: vt, ſolam nam perfidus ille Te colere. Signi-*

*ficat autem ſæpiuſcule factũ.* Illi inuidere miſerè.] *ſer enim eſt cuius animæ miſeria ineſt.* Verũ vnus.] *priè vnus. nam vnus ex multis dicitur. Et mirè eſt, nullius ponderis repetitio ad inertiam loquentis expi dam. nam poſtquam dixit, Inuidere omnes mihi: repet inuidere miſerè. Quin & impenſe & miſere idem ſig cant, & mox tamen ſine vllo actu addidit. Verum vni men impenſè. Aut plus eſt miſerè quàm impenſè* Ele tis quem Indicis prefecerat.] *Et hoc ſtulte, cum h dignitatem ſumit, & ſic pronunciat vt magna eſſe p ctura videatur hæc ipſa & hoc à ſtolido milite ſic pr tur, tanquam magnum hominem velit eſſe qui ſibi in ret. Et Indicis* αὐτὸς αὐτὲ ... *Maurorum qui c tiores ſunt.* Is vbi moleſtus magis eſt] *More ſuo addidit, ne diceret moleſtior.* Quæſo inquam Str. *Strato nomen accommodatum militiæ.* Eone es fer *Cauſale eſt, Ideóne ſignificans.* Quia habes imperiu belluas?] *Mire extulit imperium in belluas. Sic Verg Illa ſe iactet in aula Aeolus, & clauſo ventorum ca regnet.* Pulchrè me hercle dictum.] *Immodica l tione vertit etiam ſi quid facete dictum eſt, ſufficere pulchrè, quod eſt ſapienter. Quod & iugularas hom pulchrè tangit militem, iugularas dicendo, non occi quaſi gladio, non verbo vſus ſit.* Mutus illico.] *Ta ſtultum eſt, quam ſi diceret ſtatim nihil. Rectè auten ret, Ex illo mutus fuit. Tale eſt & illud, Tacere ſe Quid ni eſſet? Hoc eſt, vt poſſet eſſe, iugularas.* Hom perditum?] *Deeſt ò, vt ſit, ò hominem perditum. ſed ius ſonat, maioris enim ſtuporis eſt hoc modo pron tum, Hominem perditum.* Miſerumque, & illum legum.] *Vide quantum addiderit, qui non homin pliciter, ſed perditum, & miſerum illum: nec malu ſacrilegum dixerit.* Tetigerim.] *Luſerim, fatigaueri tangere, cum multa, tum etiam hoc ſignificat.* Nunq ſed narra obſecro. *Callidè paraſitus intelligit ad interrogatũ, vt audire poſtulet.* Plus milies audiu παραβολὴ *aut ſuperſtitura, * vt æquatur, aut ſubiat tãtũ nõ milies cõuenit ſtultũ eundẽ & immemorẽ eſſ & intelligentia eſt* Forte habui ſcortum.] *Vide qu modum miles, dum multa ad dictum ſuũ peruenire*

*iterim quam contemptus ſi. atque deriſus. Abdomen ...ore fœminarum patiens iniuriæ coitus, ſcortum di... ideo. quia ſcorta ſunt d...acoria. A parte ergo ſiti... rices ſcorta dicuntur, vel ... σκαίρειν, quod ... ace ... tre intell'gitur: quod illæ faciunt ſaltando aſſidue: ...tius criſſando, vt Lucret. ait, ob eam cauſam, vt con...rem Venerem exhibeant viris: aut ſibi abigant con...*, quod in vul...m fœminæ in ipſo coitu non ſe mo... *incidit.* Lepus tute es, & pulpamentum quæ- *Lepus pro infamia multa ponitur, vel quod magis à ...ori parte hoc eſt armis, pulpamentum de ſe præbeat, ... conuiuio carpitur appoſitus: vt Horatius ait, Fœ... lepo...is ſapiens ſectabitur armos. Vel quod venantur ... & perſectantur canes, quos pro amatoribus ἀλληγο... intell'gimus, vt ipſe Terentius ait, Ceruam videre ..., ſectari canes. Vel quod illum ſic fugiant omnes, ...tuat vt hunc libido effœminata. Vel quod à Phyſicis ...r incerti ſexus, ac eſſe modo mas, modo fœmina.* Le... ...ute es & pulpamentum quæris.] *Quod in te ha... ...ic quæris in altero, & eſt τρόπος ἀλληγορία.* Ha ha *Paraſitus hic interiectionem riſus addidit, quo ma...nc primum hoc audiſſe credatur.* Quid eſt?] *Hæc in...tatio geſtum vultumque continet cuiusdam alacris, ...ti quod laudandus ſit.* Facete.] *Facetus eſt qui facit ...s quod vult.* Lepide.] *Lepidus, qui politus eſt vt λε... leſt lamina.* Laute.] *Lautus, qui mundus & ſplen... eſt.* Tuúmne obſecro hoc dictum erat?] *Et dicta ...uerbia, & adagiones, quod rem agant, facetis homi... aſſcribuntur: & hoc laudis genus eſt, ad potiores re... quod alter probatur dixiſſe.* Vetus credidi.] *Quia ...t vetera magna ſunt.* Sæpe.] *Non ex ipſo. nam eſſet ...trium ſuperiori.* Meum eſt.] *Non ſenſu tantummo...ed verbis quoque ipſis agreſte eſt, quod nunc dicit, ...n eſt.* Dolet dictum imprudenti adoleſcenti & ...o.] *Deeſt mihi: vt ſit, dolet mihi. Et dictum, partici... eſt, id eſt quod dixiſti, addidit enim paraſitus, quo ...us ſit dictum, commiſerationem eius, in quem di... eſt, vtpote imprudentem adoleſcentem, & liberum. ...nim homines ſtultos malos videri velle. Et vide pa...m in iiſdem verſari, cum ait ſupra iugularas, hic,*

Dolet dictum imprudenti. ] *Scilicet qui minim*
*deret tali ſe percuti poſſe conuitio, aut cum tali vi*
*rem futuram, & ſic laudat militem, vt miſeration*
*dignus ſit adoleſcens. Tam feſtiuè * vt etiam miſerei*
*micorum vacet.* Aute dij perdant. ] *Noue, inquit,*
*meno non ipſi, ſed de ipſo loquitur, non audiente eo è*
*ξῶς.* Parmeno hic malè facit. at te dij perdant, inquit*
ſu omnes qui a deſant emoriri. ] *Diſciplina eſt co*
*vt ſtultas ſententias, ita etiã vitioſa verba, adſcribere*
*culis imperitiſque perſonis, vt Paulus, Latronibus e*
*numerem ſtipendium, inquit ex perſona militis. Itaq*
*emoriri dixit. At vero Atticus adoleſcens in hæc, At*
*ri cupio. Vide igitur poetam pro loco ac tempore ſcire*
*dicat.* Metuebant omnes iam me. ] *Ne cui dicerei*
*pus tute es, & pulpamentum quæris. Aut eóne es*
*quia habes imperium in belluas?* Non iniuria. ] *I*
*pronuncia, quemadmodum illud ſupra, quid ni eſſet?*
gon' ego me de iſtac Thaidi? ] *οἰκονομία ad lite*
*turam inter militem & Thaidem.* Quod me eam
re ſuſpicatur? ] *Quia apparet illam militi quoque*
*σεπωπωμϑον oſtendiſſe, quod dixit Phædriæ. Im*
*magis ſuſpicionem, hæc erit cauſa reiiciendi militis. S*
*Monentis eſt dicere ſcin', vel ſcito.* Siquando illa
tionem. ] *Siquando & prima ſyllaba acui poteſt &*
*aia, tamen variat ſententiam.* Id vt ne fiat. ] *Moa*
*Non ſignificat* Hæc res ſola eſt remedio. ] *Si te*
*cetur amare Pamphilam.* Vbi nominabit. ] *Et locu*
*tempus ſignificat Vbi.* Tu Pamphilam continuo.
*magna οἰκονομία eſt, qua Terentius præparat que*
*modum iurgium inter Thaidem militemque & G*
*nem per duas partes ſerpat fabulæ. Et bene Continu*
*intelligat meretrix non tam Pamphilam amari, qua*
*vicem dari.* Pamphilam cantatum prouocemus
*leguntur, quia ille foris eſt, hæc intus: illum intro*
*mus, illam prouocemus. Hæc eſt in verbis Poetæ ger*
*proprietas.* Tu huius contra. ] *Hic contra vicem ſi*
*cat* Quod eam mordeat. ] *Quod par. Aut ab*
*Quod, quare.* Siquidem me amaret, tum iſtud
duceret Gnato. ] *His verſiculis perſona militis & Gna*
*continentibus * προοικονομία inducitur. quod veri*
*ſi*

le militem ferre poſſe anteponi ſibi Phædriam, qui
ꝛr intellexerit non amari: nam ſi hoc tollas: au. ex-
lus eſt Phædria, aut ex dolore militis in hac fabula
is tragicus. Et hoc miles, vt ſapiens, locutus eſt. Ergo
ſſe conuenit ridiculas perſonas non omnino ſtultas
rdes induci à poetis comicis. Nam nulla delectatio
omnino, qui deluditur, nihil ſapit. Stulticia autem
s quatuor modis: aut non venire in mentem quod
t: aut ſi venerit, non tenere: aut bonum conſilium
e: aut malum admittere. Vide ergo, vt hoc quod
le miles viderat, non tenuerit, totumque amiſerit.
tem idcirco interpoſuit Poeta, vt oſtenderet quid
haberet aſſentatio, per quam non modo errantes
ntur, ac præcipites eunt: verum etiam ſapientes
m, ſanique euertuntur. Quando illud quod tu
ꝺectat.] *Hac ſententia tollitur militi, quod recte*
*: nec perſuadetur tamen, quod ametur ab amica.*
dum te amat.] *Vel nimium, vel valde, vel iam-*
. Quod doleat.] *Hoc ad illud refertur quod ſupra*
*Par pari referto, quod eam mordeat.* Ne quando
u aliò conferas.] *Et hic locum pro perſona po-*
*ne diceret, ad aliam.* At mihi iſtuc non in men-
nerat.] *Sic pronunciandum eſt, quaſi militi mon-*
*ile videatur, ſapiens dictum alij prius veniſſe in*
*ı, quam ſibi.* Ridiculum.] *Vel hominem: vel di-*
*gnificamus.* Cæterum hoc tute melius quanto
ſſes Thraſo?] *Scilicet ſi cogitaſſes.*

## ACTVS III. SCENA II.

IS. THRASO. PARMENO. GNATO.
PYTHIAS, *ancilla.*

re vocem viſa ſum modo militis:
ue eccum: ſalue mi Thraſo. TH. ô Thais mea,
ſuauium. quid agitur? ecquid nos amas
cina iſtac? P. quam venuſtè? quod dedit
ium aduenięns? TH. plurimum merito tuo.
imus ergo ad cœnam: quid ſtas? PA. hem
:um, (ror.
ninc hunc natum dicas. TH. vbi vis non mo-
libo, atque adſimulabo, quaſi nunc exeam.

In quid eliditur d.

Itaráne Thais quopiam es? TH. hem Parmeno
Bene feciſti: hodie itura. PA. quò? THA. *quid, non vides?
PAR. Video, & me tædet. vbi vis dona adſunt t
A Phædria. TH. quid ſtamus? cur non imus hi
PA. Quæſo hercle vt liceat, pace quod fiat tua
Dare huic quæ volumus, conuenire & colloc
TH. Perpulchra credo dona, haud noſtris ſimi
PA. Res indicabit: heus iubete iſtos foras
Exire, quos iuſſi, ocyus, procede tu huc.
Ex Aethiopia eſt vſque hæc. TH. hic ſunt tres
GN. Vix. PAR. vbi tu es Dore? accede huc. hei nuchum tibi,
Quàm liberali facie, quàm ætate integra?
THA. Ita me di ament, honeſtus eſt. PAR. quid Gnato? (Tl
Nunquid habes quod contemnas? quid tu.
Tacent: ſatis laudant. fac periculum in literis
Fac in paleſtra, in muſicis: quæ liberum
Scire æquum eſt adoleſcentem, ſolertem dab
TH. Ego illum Eunuchum ſi ſiet opus vel ſob
PAR. Atque hæc qui miſit, non ſibi ſoli poſt
Te viuere, & ſua cauſa excludi cæteros:
Neque pugnas narrat, neque cicatrices ſuas
Oſtentat: neque tibi obſtat, quod quidam fa
Verum vbi moleſtum non erit, vbi tu voles,
Vbi tempus tibi erit, ſat habet, ſi tum recipitu
TH. Apparet ſeruum hunc eſſe domini paupe
Miſerique GNA. nam hercle nemo poſſet, ſat
Qui haberet qui pararet alium, hunc perpet
PAR. Tace tu, quem ego puto eſſe infra omi fimos
Homines. nam qui huic animum aſſentari ir
E flamma te petere cibum poſſe arbitror.
THR. Iámne imus? THA. hos prius introd & quæ volo
Simul imperabo, *poſtea continuò exeo.
TH. Ego hinc abeo, tu iſtam operire. PA. hau uenit
Vnà ire cum amica, imperatorem in via.

*Aliàs, poſt huc.

Quid tibi ego multa dicam? domini ſimilis es.
na hę. T. qui ! rides? G. illuc quod dixi modo,
d de Rhodio dictam in mentem venit.
nais exit. THR. abi, præcurre, vt ſint domi
omnia. GN. fiat. THA. diligenter Pythias
res, ſi Chremes huc forte aduenerit, (eſt,
s, primum vt maneat: ſi id non commodum
eat: ſi id non poterit, ad me adducito.
faciam. THA. quid? quid aliud volui dicere?
urate iſtam diligenter virginem.
adſitis facite. THRA. eamus. THA. vos me
uimini.

re vocem viſa ſum modo militis.] *Hic induci- multiplex concurſus diſſimilium perſonarum, & virtute & conſilio poetæ diſcretarum, vt confuſio facta ſermonis: ſimul etiam pro ſe cuique accom- mire repræſentatur oratio.* Audire vocem viſa odo militis.] *Omnes ſenſus viſa dicuntur, ab eo certiſſimum oculorum. Ergo viſa ſum, ſenſi, vt Viſæque canes vlulare per vmbram, Aduentante* luc mi Thraſo.] *Quia ſecum, militis: quia apud Thraſo. Eſt quædam actio cuius nomen honeſtum ut orator, philoſophus: eſt quædam cuius nomen of- eſt, vt miles, lanarius.* Meum ſuauium.] *Tria ulandi genera, Oſculum ſcilicet, Baſium, & Sua- Oſcula officiorum ſūt: Baſia, pudicorum affectuum: libidinum vel amorum.* Meum ſuauium.] *Cum tur, dixit.* Quid agitur?] *Et hoc blandimenti ge- poſt oſculum ſed duri eſt & agreſtis: infert enim, nos amas, & Ecquid, aliquantulúmne ſignificat, illa Plurimum recitat. Cicero in Catilinam, quod quid attendis? ecquid animaduertis horum ſilen-* De fidicina iſtac.] *De, propter; vt ſit, Propter fi- i. Et video non puellam, ſed fidicinam, quanti ab e dictam &, eo amatore, qui quaſi memor ſit ar- delectatur: & quia puella ſit æmula meretricis, retricum eſt fidicinam eſſe.* Quam venuſte? quod rincipium.] *Bene reprehendit Parmeno: nam in is debet obliuiſci qui dedit, & meminiſſe qui ac- eſt grauis οἰκονομία. Quàm venuſte.* Plurimum merito

merito tuo.] *Facete meretrix amorem ſuum non ad*
*viciam retulit, ſed ad officium. Et cum de fidicina in*
*te amem, præcipuè merito tuo. Alij ſic reſpondere in*
*gunt, vt ipſa de fidicina gratias agat nam cum ille di*
*Ecquid nos amas? Illa reſpondit, Plurimum. Quo*
*tem de fidicina dixit ille, ſubiecit hæc merito tuo, i.*
*niam mereris, dando eam. Sed melius eſt, vt præter m*
*meritum dixeris: quanquam multi munus meritum*
*telligant, vt eſt illud Vergilij, Quique ſui memores*
*fecere merendo, id eſt, gratos ſibi reddidere muner.*
AIn' tu?] *Hæc ſcena plena eſt timoris & ſuſpicio* *perſona ſeruilis vtriq; ſuccurrit* Ain' tu?] *Hoc,* *vt intelligas multa verba præceſſiſſe.* Mulier.] *Non* *phila, aut amica: ſed ſic dixit quaſi illi qui deſper* *redituram.* Ego verò audio.] *Verba ſunt reſpira* *ad ſe redeuntis.* Minime mirum.] *Mulieres à natu* *dæ in inceſſu ſunt. ſed hic additur cauſa tarditatis.* me mirũ.] *Scilicet ſi relictæ ſunt.* Perij.] *Cliniæ ſu* *quod amica corrupta ſit, ab ancillarum grege orit* *enim ab aliis amatoribus eſſe putat.* Portãt quid re *Ob hoc nõ eſt ſecurus Syrus, quod mulieres relictæ ſ* veſperaſcit, & non nouerunt viam.] *Cauſa cur* *portuit relictas, quis enim tutus, ſi quid portat, &* *ctc, & in incerto itinere?* Væ miſero mihi.] *Magis* *catur Clinia quod à Syro aurum & veſtem audieri* dum.] *Dum* παρέλκον. Vnde ea eſſe cenſes?] *Vn* *iſta, tanquã notũ eſſet, nõ explicuit.* Quid turbæ eſt *ſona ſeruilis, vtpote fidelis, heri impenſis timet.* Qui bæ eſt.] *Turba primum perturbationem ſignifica* *turbo turbas, perturbo, deturbo. Dehinc multitu*

turbatione nõ vacat. Capient.] *Aliàs diligent ſi-*
*Verg. Aut capere, aut captas iã deſpectare videtur.*
uos volebam] *Eccum eccã, eccos eccas, ellum el-*
*ellas, ab ecce compoſita ſunt, & per aduerbia re-*
*r, non per nomina. Eccum, ecce hic, ſubintellige*
*: quo agebamus. Eccam, ecce hic, ſubintellige ſœ-*
*ta ellam intellige, ecce illum virum, &c.* O Iupi-
*exclamat dum putat ab amica eſſe deceptum.* Er-
*inc errores dicuntur.* Pudet & miſeret.] *Rectè,*
*pudorem ſolet conſequi miſericordia. Pudet ve-*
*eſt; Piget pœnitentiæ. Terent. in Adelph. Fratris*
*m pudet, pigetque. Et bene pudet de filio in pa-*
*Andria, Tum patris pudor.* Cantabat.] *Hoc eſt,*
*r dicebat, & ſignificantius dixit cantabat, & an-*
*ere pro eloqui dixerunt.* Ab hac.] *Sic dixit, quia*
*appulerat: etſi ſuperius, Me deſeruiſti dixerit.* Hic
is verbis.] *Superius, Portant quid rerum, & au-*
*veſtem dixit.* Videlicet.] *Scilicet & videlicet i-*
*ficare videntur quod certe: ſed habet vſum ſuum*
*itudinem cum deriſu permixtam. Vergil. Scilicet*
*s labor eſt. Quintil. Hoc videlicet expectaſti.* Ex
*Ex ſignis quæ dicturus eſt.* Anus quæ dicta eſt
*Hoc contra illud eſt quod ſupra dictum à Clinia,*
*b imperio cuius eſt, mala.* Ea obiit mortem.]
*im, ne ab illa corruptam amicam ſuſpicetur.* Al-
um narrat.] *Antiquum eſt: nos alteri dicimus.*
m eſt altera?] *Interrogat, qui nondum intelle-*
*icam aduentare.* Propera.] *Properat qui feſti-*
*liquid agit vel dicit. Verg. Multa forent quæ mox*
*peranda ſereno Maturare datur.* Iam primum
n.] *Sic incipit, vt multa pudicitiæ ſigna narratu-*
*ius in primo ab vrbe cond. Iam primum omnium*
*ſtat.* Anus quædam prodit.] *In Eunucho de vi-*
*erſona; Prodi foras, male conciliate.* Ad lanam
*Hæc ſigna ſunt pudicè vitam agentis. Sic in An-*
*imum hæc pudicè vitam, parcè, ac duriter agebat,*
*tela victum quæritans.* Vitam exegerit.] *Aliter*
*exigere vitam, exigere fabulam, & exigere opus,*
*t enim traducere expellere, & finire.* Exiſtimandi
i.] *Iudicandi. Aeſtimare enim, eſt conſiderare: Exi-*
*ſtimare*

*ſtimare vero, iudicare. nam prius conſideramus ea* [...] *dicanda ſunt.* Quæ cuiuſque ingenium. ] *In* [...] *Nam qui cum ingeniis conflictatur eiuſmodi, &c.* [...] dimus. ] *Reperimus. Offendere fere idem eſt quod i*[...] Eius anuis cauſa. ] *M. Varronem & P. Nigidiu*[...] *Ro. generis doctiſſimos conſtat non aliter locuto*[...] *ſcripſiſſe, quam ſenatuis & domuis, qui eſt prim*[...] *ab eo quod eſt ſenatus & domus.* Ornantur ſibi [...] *placeant amatoribus.* Nulla malam re expolita [...] *eſt, non fucatam. Mala enim à ſimilitudine mali,* [...] *pomi, nomen aſſumpſit: nam id eſt, quod præemi*[...] *naſum, oculos & buccam, quod rotundum eſt, &* [...] *ciem mali.* Capillus paſſus. ] *Id eſt ſparſus. Verg.* [...] *Iliades paſſis. Sunt quædam verba, quæ à diuerſo* [...] *præſenti: ſed & præterito confunduntur, ſicuti* [...] *ita à pando paſſus deſcendit: à vertor, & vert*[...] *ſum.* Pannis obſita. ] *Sic in Eunucho, pannis a*[...] *obſitum.* Immunda illuuie. ] *Proluuies & ill*[...] *gnificantiam habent parem, & immunditia eſt. V*[...] *diſſima ventris Illuuies.* Sordidatam & ſord[...] *Sordidus à natura dicitur; Sordidatus vero fit vr*[...] *ceſſitate. Sordidatam refertur ad illud, pannis obſi*[...] *didam, ad illud, neglecta, immunda illuuie.* E[...] xam. ] *Hoc eſt culpam. Noxa etiam ſignificat d*[...] *Sueton. in Cæſare, Spurinamque irridens, & vt fa*[...] *guens, quod ſine vlla ſua noxa Idus Martiæ eſſen*[...] diſciplina eſt. ] *Præceptum in arte amandi, vt* [...] *prius ancillas corrumpant.* Affectant. ] *Affectar*[...] *num animum ad faciendum habere.* Falſam gr[...] *Scilicet mentiendo.* Opplet os. ] *Nam ex nimi*[...] *interdum lachrymæ prouenire ſolent.* Agedum ]. [...] *gularem numerum deſiderat: Agite pluralem.* [...] *vero vtrunque* Quæ eſt illa altera? ] *Interrogat* [...] *immemor verborum Syri, O Clitipho poſt iſtuc venian*[...] quid. ] *Hem interiectio eſt nouas res & optimè au*[...] Quò illam ducis? ] *Hoc cum timore pronuncianc*[...] *met ne pater illius amicam cognoſcat.* O impu[...] audaciam. ] *Bene audaciam quæ propriè eſt te*[...] Heus tu, non fit ſine periculo facinus. ] *Sente*[...] *neralis, quæ & ſeruis conuenit.* Hoc vide. ] *Sic d*[...]

s qui rem maximam aggrediuntur. Vbi ſi paulu- erba proprie alicuius committentis alteri cum pe- l res ſuas, vel ſalutem. At enim.] *Aliquid ſup- i. Syrus dicere volebat, aut in ea re non eſſe peri- au ſe effecturum quod intendit. Sed illius ſermo- iphe interrumpit:* Ita res eſt. hæc nunc quaſi *læc oratio imperfecta eſt: vtpote à Clitiphone, qui is audiendi eſt interrupta. recuſat enim Clitipho , & vult amica ſine his potiri: quod Syrus fieri at: quia neceſſe eſt, ſi amare vult, vt admittat pe- Ergo ſubintelligendum eſt, quod hic velit compos ſui ſine periculo: quemadmodum ſi aliquis ſine iculo velit conſequi victoriam: Aut aliquid tale: uerbium vſitatum in ignauos, qui ſine labore con- lent, quod optant.* Malum.] *Aduerbium eſt in- indignationis.* Potis eſt.] *Pro non poteſt.* Vis *Potior à potis deſcendit. Ideo illi in ſignificatione mum. dicitur enim, ſum compos animi aut ratio- d hæc habeo.* Vis quod des illi, effici.] *Pro in- oſitum.* Haud ſtulte ſapis.] *εἰρωνικῶς. id enim e periculo, quod fieri non poteſt, eſt inſipientis.* c.] *Scilicet pericula.* Cum illis.] *Inuidioſe illis, vna ſit. Sic in Eunucho, Non perpeti meretricum ias.* Harum duarum conditionum.] *Hoc ſic in- is, vt tandem velit conſilium ſuum anteferri.* Ha- arum conditionum.] *Aut velle pericula cum ut amittere eam vnà cum periculis. Condicio, eſt aliquem, vel denunciatio, condicere enim priſci ſt denunciare conditio vero ſine c, vt hic eſt legen- t conuentio certam legem in ſe continens. Alibi Te- cepit conditionem, dehinc quæſtum occipit. Dicitur næ conditionis: ita vt referas ad fortunas, non ad id eſt, diues eſt. Eſt etiam conditio inter plura eli- ſortis ſublata electio. Conditionum, id eſt, opinio- lectionum.* Quod vt efficerem.] *Superius; Vis s illi, effici. Id efficimus, quod cum magno conatu nine facimus: vixque per nos finem accipit.* Siqui. *Syrus repetit verbum Clitiphonis, quod per eum e videat.* Aſſimulabimus tuam amicam.] *Cli- iphonis amica, Cliniæ eſſe ſimulatur, vt Antiphila*

*ad Se-*

*ad Soſtratam deducatur, quæ poſtea agnoſcitur fi* *metis: qua cognita, & altero conſilio inuento à Sy* *quebatur argentum è Chremete quod Clitipho* *promiſerat.* Dedecori eſt paruam? ] *Turpe eſt h* *nam amicam, nedum duas.* Qu d eo? ] *Cum in* *tione: quaſi dicat, Quid tum ſi ad matrem dedu* Fabulæ.] *Recte fabulæ: quia neque veræ ſunt, n* *riſimiles.* Huiuſmodi obſecro aliquid. ] *Qu* *amans inducitur credere Syrum, qui iocatur ia* *aliquid quo potiatur amica ſine periculo.* Q nunc? ] *Dubius & circa pericula & circa amica* *conſilium.* Age modo.] *Sic pronunciandum eſt* *diſcedat, & dicat amicæ Clitiphonis, vt domum* *tur.* Syre inquā.] *Trepide Syrum reuocat iam dec* Tamen iſtuc ago. ] *Quod cœpi, ſcilicet vt dica* *vt domum redeat.* Verum hercle. ] *Id eſt, verb* *& trepidi amantis, & concedere nolentis Syro,* *conſtituerit peragat.* Concaluit. ] *Bene de amo* *luit. In Eunucho, Accede ad ignem hunc, iam cal* *ſatis.* Ne quid accuſandus. ] *Ne quid, deeſt ob* *pter, & eſt admonitio aliquid alicui trepide comn* Quaſi iſtic minor mea res agatur. ] *Securi co* *mus his ad quos non minus pertinet quod agendu* *ad nos.* Huic homini verbera.] *Amabant vetere* *ximo ſimilia dicere. Cic. Minus earum putauit, ſi* *mario quam de ſacrario fuiſſe ablatum.* Homin *δεικτικῶς hæc dixit, ſe ipſum oſtendens.* Ne illa tubet. ] *Subaudi timeo. Titubare eſt proprie ped* *valentibus inſiſtere. quales ſunt ebrij. Ad animu* *transfertur, quoties ab animo verba diſſentiunt.* *igitur Clitipho ne quid temerè effūdat quo ſe indic* ſolet quos ſpernere. ] *Quos, id eſt, quales a* *Vergil. Quos ego ſum toties iam dedignata maritos* rum quendam offendi. ] *Recte miſerum dixit,* *deret non admiſſum arte ſcilicet meretricis.* Inopi *licet ſui. Ouid. Nitimur in vetitum ſemper, cupi* *negata.* Inuerſa verba.] *Omnia ponit quæ ab am* *corde fieri ſolent.* Inuerſa verba. ] *Id eſt, verba pr* *& in contrarium pronunciata. Eſt enim inuerter* *in contrarium vertere, & præpoſtere verba pron*

*ano vola.* Euerſas ceruices.] *Ceruix, ſeu ceruices, r pars colli, vbi origo eſt omnibus neruis. vnde ho- æ ceruicis dicitur, quaſi indomabilis, & quaſi duri & duræ mentis.* Euerſas ceruices.] *Contrarium 'as ceruices. Et ſignificat illum flecti & dominari a.* Vide ſis.] *Vultuoſe pronunciandum eſt.* Cur ?] *Impatientia amantis oſtenditur. Nam viſa a- tipho verba Syri obliuioni tradiderat.* Apud pa- *Obſeruabo id quod me admonuiſti.* At nunc inte- *ἐπιπάθεια amantis : vt ſit, ſine interim pauliſper ica ludere.* Nihilo magis.] *Vult Syrus eum per- odeſtum, ne ſi inceperit, non poſſit ſe abſtinere, et- e vidente.* Quid iſtic ?] *Iſtic pro iſte.*

## ACTVS II. SCENA IV.

*ici octonarij catalectici, permixtis Iambicis qua- dratis catalecticis. Porrò ſenarij quinque.*

CCHIS. ANTIPHILA. CLI- NIA. SYRVS.

ol te mea Antiphila laudo, & fortunatam
dico
ſtuduiſti, formæ, mores vt conſimiles forēt,
eque (ita me dij ament) miror, ſi te ſibi quiſ-
expetit.
mihi quale ingenium haberes, fuit indicio
o tua.
egomet nunc mecum in animo vitam tuam
idero,
mque adeò voſtrarum, volgus quæ ab ſe
gant, (eſt,
ſſe iſtiuſmodi, & nos nō eſſe haud mirabile
pedit bonas eſſe vobis : nos quibus cum eſt
on ſinunt.
forma impulſi noſtra, nos amatores colūt.
immutata eſt, illi ſuum animum aliò con-
it.
ſpectum interea aliquid nobis eſt, deſer-
iuſmus.

Vobis

Vobis cum vno ſimul vbi ætatem agere de
eſt viro,
Cuius mos maxime eſt conſimilis voſtrum,
vos applicant:
Hoc beneficio vtrique ab vtriſq; vero deuin
Vt nunquam vlla amori veſtro incidere pe
lamitas. (
AN. Neſcio aliàs: me ſcio quidem ſemper ſe
Ex illius commodo meum comparem c
dum. CL. vah,

Iamb. oct. catalect.

Ergo mea Antiphila tu nunc ſola reducem
patriam facis.
Nam dum abs te abſum, omnes mihi labor
quos cœpi leues.
Præterquam tui carendum quod erat. SY.
CL. Syre, vix ſuffero:
Hoccine me miſerum non licere meo mod
nio frui?
SY. Imò vt patrem tuum vidi eſſe habitum,
iam duras dabit.
BA. Quiſnam hic adoleſcens eſt, qui intuet
AN. Ah retine me obſecro.
BA. Amabo quid tibi eſt? AN. Diſperij. BA. p
ſera: quid ſtupes

Senarij. al. Mi expectate: tunc erit Toch. ca. al. aduenisse.

Antiphila? AN. videon' Cliniam, an non? BA
CLIN. Salue anime mi. AN. ô * mi Clinia, ſal
vt vales?
AN. Saluum * veniſſe gaudeo. CL. teneóne te
Antiphila, maximè animo exoptata meo?
SY. Ite intro, nam vos iamdudum expectat ſe

AEdepol te mea Antiphila.] *Non potuit mel
ditionem meretriciam exprimere, quam per e
meretrix eſſet: quæ tamen nomini meretricio fauet,
ubi reprehendantur meretrices, nihil aliud ex amo
leſ... quærere, quam pecuniæ extorſionem, hi
iucunda amantium congreſſio ſignantiſſimè expri*
Aedepol] *Per Caſtorem & Pollucem, ornatiua ſ
randi, apud fœminas.* Formæ mores vt conſimi
rent.] *Mores enim pudici grauiores eſſe ſolent in p*

*Vergilius, Gratior eſt pulchro veniens e corpore* Sibi quiſque expetit.] *Rectè expetit: cùm eam à ia commendet Expet mus enim tantum ea, quæ ſunt, & planè bona, vnde de ebus expetendis à bis ſcriptum: quæ ſcilicet peti debent.* Oratio.] *dixeris cum vno velle ætatem tradere. Antiqui auca verba orationem dixerunt.* Nam expedit eſſe vobis.] *Quia cum ſolo viuitis. Nec poteſt eſſe mor, niſi inter duos qui ſibi inuicem fidem ſeruent, lud, Nec regna, nec tæda ſocium pati valent.* ppe forma impulſi.] *Et hic amor eſt gratia voſ tantum. Et bene impulſi: nam hæc omnia nox, vimor, adoleſcentia, ab impulſionis parte dicuntur, tiocinationis.* Amatores colunt.] *Bene amatoator, fingi poteſt: Amans, verè amat.* Colunt.] *inferioris perſonæ ad ſuperiorem: nonnunquam is ad inferiorem. Vergil. Poſthabita coluiſſ Sa-* il proſpectum.] *Proſpicimus futura: dijudicaſentia* Incidere poſſit calamitas.] *In Eunucho, undi calamitas. Propriè calamitatem ruſtici grāicunt, quod comminuat calamum, hoc eſt culmum m.* Neſcio alias.] *Verba mulieris commendantis in virum.* Vah.] *Clamoſa interiectio hoc in loco ad n ſpectat. Nec potuit vox accommodatior dari aræ nimio amore ferme inſanienti ad primum cum ngreſſum.* Credo.] *Syrus non ſe loco mouerat, t verbi Clitiphonis, qui cum loquebatur, vt eum mbulatum abire cogeret.* Vix ſuffero.] *Vix, diffiſignificat, & aliquando pro Non ponitur. Cuid. imus tanti totaque Troia fuit. Lucilius, Carcer re dignus.* Suffero.] *Suſtineo, alias ſuppono.* patrem tuum vidi eſſe habitum.] *Cum non ſe Syrus Clitiphonem abigere, ad minas patris, quem fingit iratum.* Vidi eſſe habitum.] *Vario mines habitu atque affecti eſſe poſſunt: quibus ſe-Academicos aliud atque aliud videtur.* Etiam abit.] *Subintelligendum eſt, vel lites, vel partes. cho, Duras partes patris prædicas. Et partes duφοςνῶς ab actoribus ſcenicis.* Ah retine me.] *læ pro nimia, lætitia, viſo Clinia, animo male eſſe*

*cœpit. Nam & animus vnà cum corpore nonnunq*
*ficit nimio mœrore: ſic & interdum nimio gaudio.*
Cliniam, an non?] *Tanta lætitia erat Antiphil*
*amatorem agnoſceret, de eo tamen dubitaret.* Ani
*Mollis oratio, & fœminea, multis implicata bland*
*Mi, vim blandimenti habet, nam ſignificat meus.*
ſalue.] *Illa ad maiorem gratiam amãtem propri*
*appellauit. Salue, modo admirantis interiectio*
neóne te?] *Præ nimio amicæ deſiderio perij, c*
*tatione loquitur. Sunt qui legant, Teneóne te,*
*ratur ad fidem: ita vt dubitet, an à ſe alienata ſit*
*de perſiſtat.*

## ACTVS III. SCENA

CHREMES. MENEDEMVS.

Senarij.

LVceſcit: hoc iam ceſſo pultare oſtium
Vicini? primum ex me vt ſciat ſibi filium
Rediſſe, etſi adoleſcentem hoc nolle intellig
Verum cum videam miſerum hunc tã excru
Eius abitu: celem tam inſperatum gaudium
Cum illi nihil pericli ex indicio ſiet?
Haud faciam: nam quod potero adiutabo
Ita vt filium meum amico, atq; æquali ſuo
Video ſeruire, & ſocium eſſe in negociis.
Nos quoq; ſenes eſt æquum ſenibus obſeq
ME. Aut ego profectò ingenio egregiè a
riam
Natus ſum: aut illud falſum eſt quod vulgò
Dici, Diem adimere ægritudinem hominib
Nam mihi quidem quotidie augeſcit magis
De filio ægritudo: & quanto diutius
Abeſt, magis cupio tanto, & magis deſidero
CH. Sed ipsũ foras egreſſum video: adibo, al
Menedeme ſalue: nuncium apporto tibi,
Cuius maxime te fieri participem cupis.
ME. Nunquid nam de gnato meo audiſti Ch
CH. Valet, atque viuit. ME. Vbi nam eſt qua
apud me domi.
ME. Meus gnatus? CH. ſic eſt. ME. venit? CH
ME. Clinia

enit? c. dixi. ME. eamus, duc me ad eum ob-
).
ın volt te ſcire ſe rediſſe: etiam & tuum
ectum fugitat, propter peccatum: tum hoc
t,
duritia illa antiqua, etiam adaucta ſit.
ı tu ei dixiſti vt eſſem? c. non. M. quamobrem
:me?
ıia peſſume iſtuc in te, atq; in illum conſulis,
n leni & victo eſſe animo oſtenderis.
ɔoſſum: ſatis iam, ſatis pater durus fui. c. ah,
ens in vtranq; partem Menedeme es nimis,
gitate nimia, aut parſimonia.
lem fraudem, ex hac re atq; ex illa, incides.
n, olim potius, quàm paterere filium
eare ad mulierculam, quæ paululo
at contenta, cuiq; erant grata omnia,
uiſti hinc. ea coacta ingratis
ı cœpit victum volgò quærere.
um ſine magno intertrimento non poteſt
, quiduis dare cupis nam vt tu ſcias,
ea nunc inſtructa pulchrè ad perniciem fiet;
n, iam ancillas ſecum adduxit plus decem,
as veſte, atq; auro: ſatrapes ſi ſiet
r, nunquam ſufferre eius ſumptus queat,
ı tu poſſis. ME. éſtne ea intus? CH. ſit rogas?
am ei vnam cœnam atq; eius comitibus
uod ſi iterum mihi ſit danda, actum ſiet.
: alia omittam, pitiſſando modo mihi
ini abſumpſit? ſic hoc dicens, aſperum
oc eſt, aliud lenius: ſodes vide,
dolia omnia, omnes ſerias,
: ſolicitos habui: atq; hæc vna nox.
: futurum cenſes, quem aſſidue exedent?
di amabunt, vt tuarum miſeritum eſt
eme fortunarum. ME. faciat quod lubet,
, conſumat, perdat, decretum eſt pati:
lum modo habeam mecum. CH. ſi certum
bi
:re, illud permagni referre arbitror.

Vt neſcientem ſentiat te id ſibi dare.
M. Quid faciã? C. quiduis potius, quã quod c
Per alium quemuis vt des: falli te ſinas
Technis per ſeruulum: etſi ſubſenſi id quoqu
Illos ibi eſſe, & id agere inter ſe clanculum.
Syrus cum illo veſtro conſuſurrat: conferunt
Conſilia adoleſcentes: & tibi perdere
Talentum hoc pacto ſatius eſt, quàm illo m
Non nunc pecunia agitur: ſed illud, quomo
Minimo periculo id demus adoleſcentulo.
Nam ſi ſemel tuum animum intellexerit,
Prius proditurum te tuam vitam, & prius
Pecuniam omnem quàm abs te amittas filiu
Quantam feneſtram ad nequitiam patefecer
Tibi autem porrò vt non ſit ſuaue viuere.
Nam deteriores omnes ſumus licentia.
Quodcunq; inciderit in mentem, volet: neq;
Putabit prauum, an rectum ſiet, quod * petet
Tu rem perire, & ipſum, non poteris pati.
Dare denegabis. ibit ad illud ilico,
Quo maxime apud te ſe valere ſentiet:
Abiturum ſe abs te eſſe ilico * minabitur.
ME. Videre verum, atque ita vti res eſt, dicere
CH. Somnum ego hercle hac nocte oculis r
di mei,
Dum id quæro, tibi qui filium reſtituerem.
M. Cedo dextrã: porrò te idẽ oro vt facias C
C. Paratus ſum. M. Scin' quid nunc te facere
CH. Dic. ME. quod ſenſiſti illos me incipere
Id vt maturent facere: cupio illi dare
Quod volt: cupio ipſum iam videre. CH. o
dabo.
Syrus eſt apprehendendus, atq; adhortandu
A me neſcio quis exit: concede hinc domum,
Ne nos inter nos congruere ſentiant.
Paululum negoti mihi obſtat: Symus, & Crito
Vicini noſtri hic ambigunt de finibus:
Me cepere arbitrum: ibo ac dicam, vt dixeram,
Operam daturum me, hodie non poſſe his da
Continuo hic adero. ME. ita queſo: di voſtram

* petit.

* minitabitur.

›mparatum eſſe hominum naturam omniũ,
melius vt videant & iudicent,
ſua? an eo fit, quia noſtra in re, aut gaudio
præped ti nimio, aut ægritudine?
ıi quãto nũc plus ſapit, quàm egomet mihi?
ſolui me ocyus, operam vt tibi darem.

:cit.] *Veri amici officium pulcherrime à Terentio :c ſcena exprimitur: in qua amicus amico ſimul, & ›ſperati, maximo cum affectu nuncium, & conſiliũ* :eſſo.] *Aliquis ceſſare dicitur, id eſt, tardare ad celeriter peragendum. Vergilius, Ceſſas in vota* ›e. *Ceſſat deſidioſus: Requieſcit defeſſus.* Miſerum *Cum affectu: nam proprium veri eſt amici lætari* ›oſperis amici, & dolere aduerſis. Ex indicio] *In-* ›roprie eſt oris & linguæ. Senem.] *Plus habet , quam ſi diceret Menedemum.* Nos quoque ſt æquum ſenibus obſequi.] *Iuxta illud pro-* ›n *vſitatiſſimum, Pares cum paribus facillime con-* ›ur. *Naturaliter enim adoleſcentes adoleſcenti-* ›es *vero ſenibus potius inſeruiunt & obſequuntur.* o profecto.] *Id eſt, ex his duobus neceſſe eſt alte-* ›tum *eſſe verum: ſed ſenex ex nimio filij deſiderio de eo quod omnibus approbatiſſimum eſt.* Inge- ›oc eſt, *natura. Ingenium naturalis eſt ſapientia.* *in Catil. Ingenium nemo ſine corpore exercebat.* ›m *quoque veteres dixerunt ex ſua ſponte vel na-* ›rg. *li. 2. Georg. Nunc locus aruorum ingenijs quæ cuique.* Egregie ad miſeriam.] *Egregium di-* ›uod *ex grege eligitur. Sed hic egregie, valde, ni-* ›n *eſt ergo ad laudem poſitum.* Diem adimere æ- inem hominibus.] *Seruius Sulpit. ad Cicero-* *Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis* ›t *atque molliat.* Nuntium apporto tibi.] *Nun-* *res ipſa, & nuntius dicitur.* Cuius maxime.] *Be-* ›ime, *quis enim nuntius illi gratior eſſe poterat ij?* Nunquid nam de gnato meo?] *Quia omnis* ›licitudo *circa filium erat, idcirco ſtatim de eo ſuſpi-* ›ſt, *nondum facta mentione.* Valet atq; viuit.] *Pro-* ›õ *in ſenſu eſt, ſi. n. valet, neceſſario viuit: non ſi viuit, Ergo viuit & valet dicendũ erat. Et bene vtrumque*

*iunxit. nam multi viuunt, ſed non bene valent.* gnatus.] *Magis cum admiratione quàm cum int*
*tione legendum.* Clinia meus venit?] *Addidit &*
*quod fieri conſueuit in his quos diu optauimus, &*
*veniſſe credimus.* Dixi.] *Denuntiatio eſt confirmat*
*tentiæ, nec mutandæ, tranſlata de foro & cauſ*
*Præco dixiſſe pronunciat.* Dixi.] *Hoc verbum in fi*
*tum, ſuperiora confirmat, & eſt proprium his qui*
*uerũt cauſam.* Dixi.] *Sic dixit, quaſi iã obtũderet*
*nedemo.* Etiã & tuũ conſpectũ fugitat.] *Plus e*
*fugit, & fugitat dixit, vt oſtenderet filiũ vehement*
*re.* Nõ tu ei dixti vt eſſem?] *Vt, aliquando certa*
*tatem ſignificat, & nonnunquam incertam. Alibi*
*geſta.* Quia peſſume iſtuc.] *Conſilium & pa*
*omnibus, & filiis ſalubre: patres enim nimia larg*
*clementia liberos corrumpunt. Illi verò nimia licẽ*
*riores facti, patribus mœrori, ſibi vero detrimẽto ſi*
poſſum.] *Hoc eſt animi victi, & clementis. Inte*
*nimiam indignationem ſpectat: vt illud Satyrici, N*
*ſum ferre Quirites Græcam vrbem.* Ah vehemen
*dixit vehemens, de eo qui non ſeruaret modũ. Ve* *en*
*ticula, ſicuti quædam alia, tum intenſionem, tum m*
*nem ſignificat. Ergo vehemẽs à mentis vi atque im*
*citur.* In eandem fraudem.] *Fraus pro dolo &*
*antiquis accipiebatur.* Mulierculã.] *Minus eſt qu*
*ceret, aut mulierem, aut meretricem, vtpote quæ e*
*tecta paruo.* Coacta ingratis.] *Hoc eſt inuita, & b*
*cta & ingratis. nã aliquis ingratis dicitur aliquia*
*qui inuitus & coactus præter voluntatẽ facit.* P
cœpit victũ volgo quærere.] *Sic in Andria, Lan*
*la victũ quæritãs. & recte victũ, & non cibũ prot*
*bus eſt enim, qui delicatis præbetur: Victus, in par*
*uiſque alimoniis eſt conſtitutus. Vergil. Victũ infel*
*cas lapidoſaq; corna.* Quærere.] *Melius dixiſſet q*
*re. quærit enim, qui ad plenum & perpetuũ reponi*
*ritat, qui vix quotidie in quærendo victum inueni*
illa.] *Antiquum eſt, nos autẽ dicimus poſtea.* Sine n
intertrimento.] *Id eſt damno. Detrimentum, ſec*
*Varronem, à detritu dicitur, quod ea quæ trita ſunt*
*vis precii ſint. Intertrimentum ab eo quod duo quæ*

· *diminuta, à quo etiam intertrigo dicta.* Quiduis upis.] *Et hoc eſt nimiæ largitatis* Primum iam is.] *Et hoc eſt ſignum, illam probe inſtructam ad dum amatorer.* Satrapes.] *Satrapes à Græcis pro-Præfectus dicitur.* Nedum tu poſſis.] *Nedum negatiue ponitur: vt. Non crederem tibi obulum, pro te effunderem ſanguinem. Iam Chremes Bac-creuit Cliniæ eſſe amicam. Et obſeruat Terentianam udinem, qui inducit nihil ſapere eos qui fallũtur.* ] *Hoc cum dolore dicere ſolemus in his, in quib. de-tum ingens paſſi ſumus.* Actum ſiet.] *Actum eſt, de ea re de qua iam lata ſit ſententia, & eſt verbum ntis.* Pitiſſando modo.] *Bene pitiſſando.* Et Re-olia omnia ] *Nam pitiſſare propriè eſt parce vi-tiſſare, quaſi tentandi gratia, tale eſt verbum quo vtitur cyatiſſo, tale eſt & græciſſo. Pitiſſando, id eſt, s labris exponendo, dum ſaporem vini probat.* Sic cens, aſperum.] *Id eſt, auſterum. Secundum Pli-ria vini ſunt genera, auſterum, dulce, & tenue.* Re-olia.] *Vt inquit Plin. in Italia reſina vino condendo iè probatur Brutia circa Alpes ligneis vaſis condũt, sq; cingunt. Picantur autem protinus à canis ortu: perfunduntur marina aqua aut ſalſa, ac leui cine-nenti aſperguntur. Dum igitur vina aperiuntur, eliminantur.* Omnes ſerias.] *Seria, dolium: & pro-as fictile de limo oblongum. Perſius: Et ô ſi ſub ra-eperet argenti ſeria dextro Hercule.* Sollicitos ha-*Variis officiis, & miniſteriis diſtractos: nihil ſignifi-us dicere potuit. Quid enim aliud eſt ſolicitare, quam :o mouere? Solum autem quin ſignificet locum, quis at? quum exules quoq; dicantur ſolo patriæ ſuæ pul-citos igitur habuit omnes domeſticos, qui hinc & in-miniſtrandum diſtinebantur.* Quem exedent.] *dixit, quã ſi, cuius res, dixiſſet.* Sic me di amabunt.] *ment.* Vt me tuarum miſeritum eſt.] *Bene miſeri-Nam ſecundum nonnullos, miſerari eſt flere & la-ari. Miſereri vero, miſerationes alienis caſibus exhi-* Sumat, conſumat, perdat.] *Quis hoc patre indul-or? ſed hoc contingere ſolet dum vnicus eſt gnatus.* Su-.] *Accipiat. alias ſumere eſt negligere. Sal. in Iugurth,*

*Sumat aliquem ex populo monitorem officij ſui.* Pe
*Quod natus eſt, & quod finem conſumendi habet,*
*loco poſuit.* Per alium quemuis vt des.] *Quod ſali*
*præceptum parentib us dari poteſt? Nulla enim re*
*ſcentes magis corrumpuntur, quam nimia parentu*
*dulgentia.* Technis.] *Id eſt fallaciis.* Subſenſi.] *Ben*
*ſenſi. Nam ſubeſt temperamentum plenæ pronuncia*
*vt ſubtriſtis, ſubridet, non ad plenum triſtis, aut ri*
*quum quinq; ſint ſenſus, duo ſunt viſus & auditus*
*nos magis ſenſibiles habemus, quam pecora. Cicero*
*ſolum videam, ſed etiam audiam. Duabus ergo reb*
*mus, aut ratione, aut ſenſu: quibus maxime præſtam*
*teris animalibus. Ergo ſenex dicit, ſe ſenſu ſenſiſſe ſer*
*fraudem parare.* Quam abs te amittas filiū.] *Am*
*pro dimittas dixit. Nam quod nos dicimus dimitter*
*tiqui etiam dicebant amittere. Vt Vergilius, Quiſqu*
*amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios. Salluſt. Pactu*
*miſſa, publico conſilio.* Ad nequitiam.] *Bene de adol*
*te, nequitiam dixit: nequitia enim eſt luxus vitæ pro*
*atque effuſus. Ouid. Nequitia eſt quæ te non ſinit e*
*nem.* Nam deteriores omnes ſumus licentia.
*tentia propriè ſeni conueniens. & deteriores ſignant*
*protulit. deteriores enim homines licentia à bono a*
*lum vertuntur. Eſt enim peius à malo, quod in vſu e*
*creberrimè frequentatur. Deterius vero à bono: vt mi*
*ſint meriti quam quod placet. Vergilius 3. Georg.*
*rior donec paulatim ac decolor ætas.* Putabit.] *Put*
*inſtantia: Reputamus præterita. Putare propriè pu*
*eſt, & arbores & vites dicimus putare: hinc putare e*
*gitare, quia cogitando ſuperflua mente recidimus. E*
*men putare, eius qui ſimplicitate pectoris aberrauit.*
*ro, Non putaui, lapſus eſt.* Minabitur.] *Minatur e*
*filius parenti dum ſe charum animaduerit, & diſce*
*ſimulat.* Qui.] *Quomodo & eſt ſermo comicus.* Reſti
re.] *Redditur cupientibus, vt domino ſeruus: Reſtitu*
*cupiens, vt patriæ ciuis. Et redditur & reſtituitu*
*piens cupientibus: vt patri filius.* Apprehendendus.
*Andria, Vnus pater me modo apprehendit.* Me cepere
bitrum.] *Arbiter dabatur his, qui de finibus rege*
*ambigerent. Dicitur enim arbiter iudex, quod totu*
*hab*

*rbitrium & facultatem.* Aliena melius vt vi-
*: iudicent quàm ſua.] Huc illud Cic. lib. 1. Of-
contractum eſt, Eſt enim difficilis cura rerum a-
, quanquam Terentianus ille Chremes, humani
alienum putet. Sed tamen quia magis ea perci-
que ſentimus, quæ nobis ipſis aut proſpera, aut
ueniunt, quam illa quæ cæteris, quæ quaſi lon-
allo interiecto videmus, aliter de illis, ac de no-
mus.*

## CTVS III. SCENA II.

SYRVS. CHREMES.

ac circumcurſa, inueniendum eſt tamen Senarij.
ntum, intendenda in ſenem fallacia.
ı me feſellit hoſce id ſtruere? videlicet
liniæ ſeruus tardiuſculus,
uic noſtro tradita eſt prouincia.
hic loquitur? perij, númnam hæc audiuit?
re. SY. hem.
d tu iſtic? SY. recte, equidem te demiror
ne
ne, qui heri tantum biberis. CH. nihil nimis.
narras? viſa vero eſt (quod dici ſolet,)
enectus. CH. eia. SY. mulier commoda, &
æc eſt meretrix. CH. ſanè idem viſa eſt mihi.
idem hercle forma luculenta. C. ſic ſatis,
n vt olim, ſed vti nunc ſanè bona:
ue miror, Clinia hanc ſi deperit.
t patrem quendam auidum, miſerum, at-
idum.
hunc noſtin'? at quaſi is non diuitiis
, gnatus eius profugit inopia.
factum vt dico? C. quid ego neſciam?
n piſtrino dignum. SY. quem? CH. iſtum
um
leſcentis. SY. Syre tibi timui male.
[illegible] ei [illegible] fieri. S. quid faceret? C. rogas?
[illegible] fingeret fallacias,
[illegible] adoleſcenti amicæ quod daret:
[illegible] dem inuitum ſeruaret ſenem.

SY. Gratis. C. hæc facta ab illo oportebant S

SY. Eho laudas quæſo, qui heros fallunt? C. i

Ego vero laudo. S. recte ſane. C. quippe quia

Magnarum ſæpe id remedium ægritudinum

Iam huic mananiſſet vnicus gnatus domi.

SY. Iocóne, an ſerio illhæc dicat, neſcio:

Niſi mihi quidem addit animum, quo libeat

* al. Et. C. * At nunc quid expectat Syre? an dum hinc

Abeat, cùm tolerare huius ſumptus non que

Nónne ad ſenem aliquam fabricam fingit? S

lidus eſt.

C. At te adiutare oportet adoleſcentuli

Proceleu. in ij. Cauſa. SY. facile equidem facere poſſum, ſi i

Etenim quo pacto id fieri ſoleat, calleo.

CH. Tanto hercle melior. S. non eſt mentiri m

d elidltur. CH. Fac ergo. S. At heus tu facito * dum ead

memineris.

Si quid huius ſimile forte aliquando eueneri

Vt ſunt humana, tuus vt faciat filius.

CH. Non vſus veniet ſpero. SY. ſpero her

quoque:

Neq; eo nunc dico, quod quicquam illum ſe

Sed ſi quid, ne quid quæ ſit eius ætas vides.

Et næ ego te (ſi vſus veniat) magnifice, Chre

Tractare poſſim. C. de iſtoc, cùm vſus veneri

Videbimus quid opus ſit: nunc iſtuc age.

SY. Nunquam commodius vnquam herum

loqui:

Proceleuſ. ſecundo. Nec cum malefacerem, crederem mihi impu

Licere. quiſnâm à nobis egreditur foras?

HAc illac circumcurſa.] *Iucundus error, in q à ſeruo decipitur, quem credidit alteri falla tendere, dum ſibi intendit: & ſic eum aggreditur cia in alterum.* Intendenda.] *Verbum à ven tranſlatum, qui retia intendunt ad feras capiend ergo parat ſenem fallere, intendēda dixit, vel à ſag arcu.* In ſenem.] *Cum ſtomacho ſeruili, ſenē dixit dria. Quantum intellexi modo ſenis ſententiam.* N fefellit.] *Idem ſuperius, Etſi ſubſenſi id quoq; ill*

hic eſt error, credi ſenem Menedemum, dum Syrus nete ipſo intelligit. Prouincia.] Onus dicitur cu- rei gerendæ. Nam acquiſitæ bello longe ab Italia , prouincia dicta, à porro, vel à procul vincendo, prætores, quia cũ officio mittebãtur, officia quoq; e nominantur. Rectè.] Ioco vult Syrus deflectere m in aliud, & ſubterfugere heri reprehenſionem. ſenectus.] Plin. li. 10. Natur. hiſtoriæ de aquilis ri, oppetunt non ſenio, nec ægritudine, ſed fame, in ſuperiore accreſcente roſtro, vt aduncitas aperiri at. Igitur aquila tantum in ſenectute bibit, vel de nguinem ſugit: ex quo prouerbium in ſenes, qui unt quam comedunt. Eia.] Eia interdum hortantis correctionem ſignificat. Mulier commoda.] A datione meretricis incepit, vt melius perſuadeat deperire hanc, cum ſit amica Clitiphonis. Faceta.] meretrice faceta dixit. Nam facetus eſt, qui facit uod vult. Poteſt etiam referri ad formã corporis, icatio vocabuli indicat. Ita non vt olim.] Præte- ber præſentib. præferuntur, & magis commendan- dum.] Tranſlatio à terra quæ nihil profert. Pro- Superius, In Aſiam ad regem militatum abiit. Hinc s dictus proprie, qui procul à ſedib. ſuis vagatur. ẽ piſtrino dignum.] Ambigue an de Dromone, ro, à quo bene annotarẽtur ſenum vitia. Et ſecum t. Syre tibi.] Et hic ſecũ Seruaret ſenem.] Bene dixit, de eo qui penitus ſe perderet, & continuis tret laborib. Eho quæſo.] Eho, modo interiectio rogantis, aliàs admirantis, aliàs ad ſe vocantis. nagnarum ſæpe id remedium ægritudinum um fallere in tempore, quidam de officiis ſcribentes butauerunt. Aliquam fabricam.] Tranſlatio ab expugnaturi oppida, machinamẽta belli ad id præ- Stolidus eſt.] Superius, Ille Cliniæ ſeruus tardiuſ- T. Et proprie ſtolidus eſt, qui proxime accedit ad n ſenſumq; pecudum. Calleo.] Id eſt, callide ſcio. s tu.] Iam prouidet fallaciæ, quam mente concepe- facilius mercatur veniam, ſi quid ſtruxerit in he- ſiquid, ne quid.] ἀπὸ κοινοῦ, quaſi dicat, Si quid t. Quæ ſit eius ætas, vides.] Quæ amori eſt ob- noxia.

*noxia.* Et næ.] *Pro valde.* Magnifice.] *Bene magn-* *ait, memor verborũ Chremetis, qui ſupra dixit, He-* *à ſeruis, aliquando eſſe remediũ magnarum ægritu-* Tractare.] *Superi⁹. Quo pacto id fieri ſoleat, calle-* nã à nobis egreditur foras.] *παρεγκονδυὴ alteri-*

# ACTVS III. SCENA II

*Iambici quadrati & acatalectici & catalectici. D-*
*item vnus, & fragmentum. Iambici quadrati.*
*rius vnus. Fragmentum vnum.*

CHREMES. CLITIPHO. SYRV

QVid iſtuc quæſo? qui iſtic mos eſt Clitip-
ne fieri oportet?
CLIT. Quid ego feci? CH. vidíne ego te mo-
num in ſinum huic meretrici
*al. men. Inſerere? S. acta hæc res eſt, perij. CL. *méne?
ſce oculis, ne nega.
Facis adeò indignè iniuriam illi, qui non ab-
manum.
Nam iſtæc quidem contumelia eſt,
Hominem amicum recipere ad te, atque ei-
eam ſubagitare:
* al. vino. Vel heri in* cõuiuio, quàm immodeſtus fui-
CH. Quàm moleſtus? vt equidem (ita me dij
metui quid futurum denique eſſet.
Noui ego amantium animos: aduertunt g-
quæ non cenſeas.
CLIT. At mihi fides apud hunc eſt, nihil n-
facturum pater.
CH. Eſto, at certo concedas aliquo ab eorun-
liquantiſper.
Multa fert libido: ea prohibet facere tua pra-
ego de me
Quadrat. Iamb. acat. Facio coniecturam: nemo eſt meorum am-
hodie, apud
Quem expromere omnia mea occulta Clitip-
Apud alium prohibet dignitas, apud aliun-
facti piget:
Ne ineptus, ne proteruus videar, quod illun-
credito.

trum eſt intell gere, vtcunque atq; vbicun-
ɔpus ſit obſequi.
iſtæc narrat? CLIT. perii. SY. Clitipho, hæc
præcipio tibi,
is frugi & temperãtis functus officium. CL.
odes.
ſanè. CHRE. Syre pudet me. SY. credo, neq;
uria:
ihi moleſtum eſt. CLIT. pergin' hercle? SY.
n dico quod videtur.
Nónne accedam ad illos? CH. eho quæſo, v-
cedendi via eſt.
im eſt, hic prius ſe indicarit, quàm ego ar-
im effero. Chreme
homini ſtulto mihi auſcultare? CH. quid fa-
SY. iube hunc
nc aliquo. CL. quò ego hinc abeam? S. quò
: da illis locum,
mbulatum. CLIT. deambulatum, quò? SY.
uaſi deſit locus. (ſeo.
: iſtac, iſtorſum, quo vis. CH. rectè dicit, cen-
Dii te eradicent Syre, qui me iſtinc extrudis.
tu pol tibi iſtas
c comprimito manus. Troch. catal.
ı' verò? quid illum porro credis facturum dimeter.
nc, Troch. cat.
ı, quantum dii dant tibi opis, ſeruas, caſti-
nones?
iſtuc curabo. S. atqui nunc here hic tibi aſ-
ıdus eſt.
t. S. ſi ſapias: nam mihi iam minus, minusq;
nperat.
d tu? ecquid de illo, quod dudum tecum e-
ſtin' Syre? aut
i tibi quod placeat, an nondum etiam? SYR.
lacia
t, inueni nuper quandam. CHR. frugi es, ce-
id eſt?
n, verum vt aliud ex alio incidit. CH. quíd-
Syre? SY. peſſima hæc

Eſt

Senarius. Eſt meretrix. CH. ita videtur. S. imò ſi ſcias,

Octon.iamb. Vah, vide quod inceptet facinus. fuit quædam Corinthia

Troch.quadrati catal. Hic: huic drachmarum hæc argenti mille d mutuum.

CH. Quid tum? S. ea mortua eſt, reliquit filiam adoleſcentulam.

Ea relicta huic arraboni eſt pro illo argento. telligo.

S. Hanc ſecum huc adduxit, ea quę eſt nunc a rem tuam.

CH. Quid tum? S. Clinia orat ſibi vti nunc lam: illi tamen

Poſt daturum mille nummûm poſcit. CH. & quidem? SY. hui

Dubiúmne id eſt? CH. ego ſic putaui: quid ni cere cogitas?

SY. Egóne? ad Menedemum ibo: dicam ha captam è Caria,

Ditem & nobilem: ſi redimat, magnum ineſſ lucrum.

CH. Erras. S. quid ita? CHR. pro Menedemo n bi ego reſpondeo,

Non emo: quid ais? SY. optata loquere. CH non opus eſt.

SY. Non opus eſt? CH. nō hercle vero. SY. qui miror. CH. iam ſcies.

Mane, mane: quid eſt, quòd tam à nobis g crepuêre fores?

QVid iſtuc quæſo?] *In hac ſcena Syrus hero det, quod multum facit ad extorquendum arg* Quid iſtuc?] *Viderat Chremes filium ludentem cu chide, quàm Cliniæ eſſe credebat. Et bene expreſſit gationem paternã ſæpe repetendo.* Huic meretrici *intulit, quàm ſi dixiſſet mulieri.* Acta hæc res.] *deſperantis. timebat enim Syrus, ne ob hoc fallacia t geretur.* Méne?] *More filiorum, quod commiſera audacter negat.* Facis adeò indignè illi iniuria *ne pater poſt obiurgationem, ad admonitionem tran* heri.] *Ingerit aliud malefactum inter admonition*

tres. Vt equidem metui.] *Vt pro quantum, vel iter. Verg. Vt vidi, vt perij.* Aduertunt grauiter.] *amore omnia ſuſpecta ſunt.* Eſto.] *Verbum con-* Concedas aliquo.] *Et hoc quærit Syrus, vt Clitipho ab amica, ne Chremes eius eſſe animad-* ego de me facio coniecturam.] *Patres conan- re filios aut proprio exemplo, aut aliorum.* Ne ne proteruus.] *Ineptus quo ad dignitatem: pro- licitur importunus, qui alteri eſt impedimento, npotentiā mentis obuium cubito feriat, aut con- ſibi cedere cogat.* Quid iſtic?] *Syrus ſecum loqui- s ſuæ fallaciæ.* Frugi.] *Vtilis & neceſſarius a fru- tæ quod his fruamur dictæ ſunt. Inde fructus & im. Frui autem eſt veſci, à frumine, quæ eſt ſum- ſulæ.* Sodes.] *Eſt aduerbium blandientis.* Quin oleſtum eſt.] *Quin pro etiam. Mihi habet em- Mihi, qui non ſum pater.* Pergin'.] *Iraſcitur Cli- tum aduerſus ſe loqui.* Eho.] *hoc loco admonen-* na via.] *ſcilicet honeſta: nec impudice agas.* Actū *iper deſperantib. hoc verbum datur.* Hic prius.] *n loquitur.* Deambulatum, quo?] *Bene impo- tantis exprimitur, nec pater, nec Syrus, nec deli- nte facta remouere poterat Clitiphonem ab ami-* tas comprimito manus.] *Subticet percuſſio- ſurgat in tragicum cothurnum.* Quid tu?] *Bene to de fallacia erga Menedemum exquirit.* De il- *dicere ſolent, qui de re aliqua peragenda inter ſe tr.* Vt aliud ex alio incidit.] *Multa eſſe fingit: nilius ſit quod finxerit.* Peſſima eſt hæc mere- *ntrarium illud quod ſuperius dixit, Mulier com- faceta hæc eſt meretrix. Sed hoc loco peſſimam ap- tpote quæ teneat virginem, quam Syrus illi reli- ioni fingit, & hæc eſt valens cauſa ad extorquen- ntum* Inceptet.] *Incipere & inceptare, magno- facinorum & audaciæ. In Eunucho, Quid ince- iſo?* Arraboni.] *Pignori, hoc loco intelligas. Ar- citur merces, corolarium: & eſt quod prius datur m reddatur.* Mille nummûm.] *Tale & illud ninum occiditur, & anti ſuum eſt.* Dubiúmne *Quod meretrix auara [illegible].* Hui.] *Et cætera [illegible]-*

*iuſi[illegible]*

*iuſmodi generis, ſane ſunt aduerſus eos, quibus ir*
Ibo dicam.] *Se aſtutum fingit ad decipiendum*
*mum. Superius, Etenim quo pacto id fieri ſoleat c*
ptata loquere.] *Ita loquitur ille, qui cum alio l*
*& cui is aduerſatur in conſilio de re peragenda.*

# ACTVS IV. SCENA I

*Iambici quadrati acatalectici. Trochaici catal*
*nus acatalecticus, vnus hypercatalecticus.*

SOSTRATA. CHREMES. NVTR

SYRVS.

Iamb. quadrati catal. NIſi me animus fallit, hic profecto eſt a
quem ego ſuſpicor,
Is, qui cum expoſita eſt gnata. CH. quid volt
re hæc oratio?
S. Quid eſt? is'ne tibi videtur? NVT. dixi equ
bi mihi oſtendiſti, ilico
Eum eſſe. SO. at vt ſatis contemplata modo
nutrix. NV. ſatis. (hi
SO. Abi iam nunc intro: atque illa ſi iam lau
Hic ego virum interea opperibor. SY. te vol
quid velit.
Neſcio quid triſtis eſt: non temere eſt: met
ſit. C. quid ſiet?
Næ iſta hercle magno iã conatu magnas n
SO. Ehem mi vir. CH. ehem mea vxor. SO. t
quæro. CH. loquere quid velis.
SO. Primum hoc te oro, ne quid credas me
ſus edictum tuum
Facere eſſe auſam. CH. vin' me iſtic tibi (etſi i
bile eſt) credere?
Troch. quat. catalectici. * Credo. SY. neſcio quid peccati portet hæc
SO. Meminiſtin' me eſſe grauidam, & mihi
gnopere interminatum,
Troch. cat. * Si puellam parerem, nolle tolli? CH. ſcio q
Suſtuliſti. SO. ſic eſt factum. SYR. domina, er
damno auctus eſt.
SO. Minime, ſed hic erat anus Corinthia ha
pura, ei dedi

:ndam CH. ò Iupiter, tantamne eſſ in ani- inicientiam? al.Inſcitiam.
i,quid ego feci? CH. rogitas? SO. ſi peccaui hreme,
feci. CH. id equidem ego, etiamſi tu neges, ſcio, (mnia.
entem,atq; imprudētem dicere,ac facere o- cata in hac re oſtendis. nam iam primum, ſi n
m exequi voluiſſes, interemptam oportuit.
ılare mortem verbis, re ipſa ſpem vitæ dare.
nitto: miſericordia,animus maternus,ſino.
ene verò abs te proſpectum eſt: quid vo- cogita:
nai illi prodita abs te filia eſt planiſſime,
l vti quæſtum faceret,vel vti veniret palàm,
d cogitaſti.quid vis?ſatis eſt dū viuat modo.
m illis agas, qui neq; ius, neq; bonum atq; m ſciunt? (bet.
eius, proſit,obſit,nihil vidēt, niſi quod lu-
hreme peccaui,fateor,vincor: nunc hoc te ro,
tuus eſt animus natu grauior, ignoſcētior,
ſtultitiæ iuſticia tua ſit aliquid præſidi.
icet: equidem iſtuc factum ignoſcam. verū ita, (quid eſt,
cet te mea facilitas multa: ſed iſtuc, quic-
occeptum eſt cauſa,loquere. SO. vt ſtultæ ræ omnes ſumus (lum
æ,cum exponēdam do illi,de digito annu-
,& eum dico vt vnà cum puella exponeret,
etur,ne expers partis eſſet de noſtris bonis.
rectè:conſeruaſti te atq; illam. SO. hic is eſt us.
e habes? SO. quam Bacchis ſecum adduxit ſcentulam. SY. hem
d ea narrat? SO. ea lauatum dum it,ſeruan- nihi dedit
n: non aduorti primo: ſed poſtquam aſpe- o *Annulum diſſyllabum eſt.

Cognoui: ad te exilui. CHR. quid nunc ſuſ aut inuenis

De illa? SO. neſcio, niſi vt ex ipſa quæras vnd habuerit,

* al. eſt. Si potis * es reperiri. SY. interii, plus ſpei vid volo.

Noſtra eſt, ſi ita eſt. CHR. viuítne illa cui tu d SO. Neſcio. (

CH. Quid renunciauit olim feciſſe? SO. id qu

CH. Nomē mulieris cedo quod ſit, vt quærat Philtere.

SY. Ipſa eſt: mirum, ni illa ſalua eſt, & ego pe Soſtrata,

Sequere me intro hac. SOST. vt præter ſpem quàm timui male, (C

Ne nunc animo ita eſſes duro, vt olim in to

CHR. Non licet hominem eſſe ſæpe ita vt vo non ſinit:

Nunc ita tempus eſt mihi, vt cupiam filiam: hil minus.

NIſi me animus fallit.] *Hæc ſcena Antiphilæ tionem continet: ex qua inter virum & coni tercatio oritur, demum reconciliatio. Simul Syro alia ratio extorquendi argentum.* Expoſita.] *E eſt morti tradere & obiicere.* Quid volt.] *Chrem loco mouerat.* Hæc oratio.] *Pauca verba, vetere neni quoque dixerunt.* Dixi equidem.] *Hæc ſic vt quæ nihil in hac dubitationis habeat.* At vt ſa *dicimus in his rebus de quibus addubitamus, pue quos iam diu non vidimus.* Contemplata.] *plari dictum eſt à templo, id eſt, loco qui ab omni ſpici, vel ex quo omnis pars videri poteſt, quem templum nominabant.* Satis.] *Multum, infinit Satis vero, finitum.* Te volt.] *Signantius dictum quærit, aut expectat.* Neſcio quid.] *Deeſt Ob pter.* Quid ſit.] *Cum ſtomacho pronunciandum.* mi vir.] *A blandimento incipit. Mi, & vir, plu blandimenti habent, & vir maritum ſignificat. quoq; de animalibus poſſe dici, Verg. in Bucolicis o Vir gregis ipſe caper.* Ehem mea vxor.] *Hæc rep*

ndignantis eſt. Primum te oro.] *A purgatione ne mulier contra edictum mariti feciſſe videatur.* ſti.] *Educaſti. Hoc in alia ſignificatione nonnun-onitur. Tollere nutrire. Iuuenalis, Tollere dulcem hæredem.* Damno auctus.] *Propter dotem quæ it recte damno dixit iam damnum rei eſt: Malum ninis.* Haud impura.] *cõmendatio perſonæ, cui ponenda, ne Chremes ab ea impudicè filiam educa-bicetur. Impurus, eſt aliquo vitio maculatus: & do dicitur improbus.* O Iupiter.] *Terribilis excla-nis, poſtquam audiuit filiam anui datam exponen-*ntam ineſſe.] *ἔκλειψις eſt quæ datur iratis. ſub-decet.* Inſcitiam.] *Inſcitia eſt ignorãtia quædam* Inſciens feci] *Prudens eſt, qui intelligentia ſua ſentit, ſciens, qui alicuius indicio rem cognoſcit. r, per ſeſe, ſciens, per alios. Cuius contrarium in-eſt qui ignorat res. Et imprudens, qui non dele-bet bonorum & malorum.* Imperium exequi.] *i ponit peccatum quod contra edictum ſuum fece-o.*] *Concedo: quia animus maternus plurimũ ve-etur.* Illi prodita.] *Socij enim deficere dicuntur. t defectionem ſociorum. Prodere parentes. Verg. iram prodimur. Deſerere verò, patroni. hinc mili-æ deſertores dicantur, qui patriam deſerũt, quam e deberent Verg. Deſertorem Aſiæ.* Quid cum il-.] *Amatores deſignat, qui nihil penſi habent, ex-ris & omnis æquitatis: ea ſola recta putant, quæ ierint.* Peccaui, fateor.] *Victa mariti argumen-en ſuum fatetur, & quo magis mereatur veniam, atis opinionem inire tentat: & hoc per deprecatio-* noſcentior.] *In crimine ſic confeſſo, vltimum re-confugere ad iudicum miſericordiam.* Mea faci-*tecte: quia cito vxori veniam dedit. Facilitas illius cito iram deponit, Clementia illius, qui nunquam* r. Qua occeptum.] *Quaſi de magna re dixit.* Et & miſeræ omnes ſumus.] *Vituperatio à ſexu: s enim cõſueuerunt eſſe imperitiores viris, & mul-rſtitionibus detineri.* Religioſæ.] *Superſtitioſæ. us etiam appellabatur is, qui nimia & ſuperſtitio-ligione alligauerat: vt hoc loco.* De noſtris bo-

nis.] *Et hæc erat ſuperſtitio.* Iſtuc recte.] *ἀρχαϊκῶς*
Lauatum.] *Secundum antiquos: nos dicimus lotu*
*uidius Faſt.2. Mane lauaturas ſacra petebat aquas.*
lui.] *Oſtendit nimiam lætitiam de inuenta filia. id*
*dixit acceſſi.* Plus ſpei video.] *Nolebat tam cito ce*
*filiam: ne occaſio præriperetur † auferendi argentū.*
ſpei.] *Melius eſt vt non ad Syrum referas, ſed ad*
*tam.* Mirum ni illa ſalua.] *Non poteſt credere*
*anū, quod maxime vellet ob recognitionē Antiphilæ*
perii.] *Quia recognita eſt antequam aufferrem ar*
Nihil minus.] *Pro Non, quod auctus diuitiis eſſet*

† al. offerendi.

## ACTVS IV. SCENA II.

*Iamb. Octon. Acatalect.*

SYRVS.

NIſi me animus fallit, haud multum à me
  infortunium:
Ita hercle in anguſtum oppidò nunc meæ c
  tur copiæ.
Niſi aliquid video, ne eſſe amicam hanc gnati
  ſcat ſenex.
Nam quod ſperem de argento, aut poſſe po
  me fallere,
Nihil eſt. triumpho, ſi licet me latere tecto,
Crucior bolum tantum mihi ereptum tam ſu
  faucibus.
Quid agam? aut quid comminiſcar? ratio de
  gro ineunda eſt mihi.
Nihil tam difficile, quin quærendo inueſtiga
Quid ſi hoc incipiam nunc: nihil eſt. quid ſi
  tundem egero.
At ſic opinor. non poteſt: imò optimè: euge
  mam habeo.
Retraham hercle opinor ad me illud idem fu
  argentum tamen.

NIſi me animus fallit.] *Recognita Antiphila,*
*anxius nouum quærit conſilium de extorquenda*
*nia. & bene deliberantem de re aliqua exprimit. Eſ*
*dialogiſmus acuti ingenij in multa cognitione verſ*
Copiæ meæ.] *Tranſlatio ſumpta ab imperatore*

iè fuſus ab hoſtibus, ſe in aliquem tutiſſimum lo- ceperit. Copiæ numero multitudinis & ἀρχαϊκῶς de ι dicitur. Sall. Ex omni copia Catilinæ. Verg. Et quæ rcum copia luſtro. Triũpho, ſi licet me latere.] roprie ſeruorum, quoties vident ſe quod inceperãt, are non poſſe, & ἀρχαϊκῶς legendum. Bolum.] atio ab animalibus, quibus aufertur præda. Com- ar.] Fingam. Inde commentum dicitur. Alibi, Atq; : commentum placet. Nihil tam difficile.] Senten- ralis ſine certo autore, quæ ſeruis etiam conuenit. i ſic?] Qui aliquid incepturi ſunt, multa propone- t & affirmare, & refellere quod ſit faciendum vel endum. Sic opinor.] Nam quæ opinamur, puta- æ putamus, incerta ſunt. Euge.] Vox lætantis eius imum inuenerit conſilium. Fugitiuum argen- Facete & iocul ariter ſeruili more de argento tan- de homine dixit.

## CTVS IV. SCENA III.

ici quadrati catalectici, & vnus Senarius. Trocha- drati catalectici, & vnus hypercatalect.

CLINIA. SYRVS.

'a mihi res poſthac poteſt iam interuenire
:anta,
nihi ægritudinem afferat: tanta hæc lætitia
rta eſt.
patri me nũc iam, vt frugalior ſim quàm volt.
il me fefellit: cognita eſt, quantum audio hu-
verba.
bi ex ſententia tua obtigiſſe lætor.
mi Syre audiſtin' obſecro? SY. quid ni? qui vſ-
vnà affuerim?
Cui æquè audiſti commodi quicquam eue-
e? SY. nulli.
Atque ita me di ament, vt ego nunc non tam
ipte cauſa (uis dignam.
, qu m illius: quã ego ſcio eſſe honore quo-
a cre o: ſed nunc Clinia age, da te mihi viciſ-
: (cetur,
amici quoque res eſt videnda, in tuto vt collo-

Ne quid de amica nunc ſenex. CL. ô Iupit
quieſce.
CLIN. Antiphila mea nubet mihi. S. ſiccine i
terloquere?
CL. Quid faciam Syre mi? gaudeo: fer me. S
hercle verò.
CL. Deorum vitam adepti ſumus. SY. fruſtra
ram hanc opinor ſumo.
CL. Loquere, audio. S. at iam hoc non ages.
gam. SY. videndum eſt inquam,
Amici quoque res Clinia tui in tuto vt collo
Nam ſi nunc à nobis abis, & Bacchidē hic reli
Noſter reſciſcet ilico eſſe amicam hanc Clitip
Si abduxeris, celabitur itidem, vt celata adhuc
CL. At enim iſtoc nihil eſt magis Syre meis r
aduorſum.
Nam quo ore appellabo patrem? tenes quid c
S. quid ni?
CL. Quid dicam? quam cauſſam afferam? S
nolo mentiare.
Apertè, ita vt res ſeſe habet, narrato. CLIN. qu
SY. iubeo,
Illā te amare, & velle vxorem hanc eſſe Clitip
CL. Bonam atque iuſtam rem oppidò imper
factu facilem:
Et ſcilicet iam me hoc voles patrem exorare, v
Senem voſtrum. SY. imò vt rectà via rem nar
done. CL. hem,
Satin ſanus es, aut ſobrius? tu quidem illum
prodis.
Nam qui ille poterit eſſe in tuto? dic mihi.
SY. Huic equidem conſilio palmam do: hic n
gnifice efferò, (tæ a
Qui vim tantam in me, & poteſtatem habean
Vera dicendo, vt eos ambos fallam: vt cum
ſenex,
Veſter noſtro, iſtam eſſe amicam gnati, non
tamen.
CL. At enim ſpem iſtoc pacto rurſum nupt
omnem eripis.

dum amicam hanc meam eſſe credet, non mittet filiam.
taſſe quid me fiat paruipendis, dum illi con-
s. (larier?
l(malum) me eandem cenſes velle id aſſimu-
ſt dies, dum argentum eripio, pax, nihil
lius.
ntum ſat habes? quid tum quæſo, ſi hoc pa-
eſciuerit?
id ſi redeo ad illos, qui aiunt, Quid ſi nunc
im ruat?
tuo quid agam. SY. metuis? quaſi non ea po-
s ſit tua,
lis in tempore vt te exoluas: rem facias palã.
ge, age, traducatur Bacchis. SYR. optume ipſa
foras.

a mihi res poſthac.] *Nimia Cliniæ lætitia expri-ur de recognita Antiphila qua perditus, vix poteſt à Syro, vt Clitiphoni ſuccurrat.* AEgritudinem .] *Tale & illud, Deorum vitam adepti ſumus.* De- patri.] *Plus dedere hoc loco, quàm obſequi. dede-lt patri, quemadmodum in hoſtium poteſtatem ho-edunt. In Andria, Tibi pater me dedo, quaſi qui ntraria, & deditio in hoſte fieri ſolet.* Frugalior.] *antior ſi frugalis non extat, vnde deſcendat, vide* mi Syre.] *à blandimento incipit, vt faciunt qui am ſperatum conſequuti ſunt.* Quid ni?] *Quid lierim.* Meapte.] *Cum ablatiuo παρέλκον addi-t noſtrapte. Cato tamen poſuit mihipte, pro mihi* ignam quouis honore.] *Amica etſi impudica mmodo amatori placeat, ab eo commendatur a-um impellente.* Date.] *Duæ partes orationis: Dare d repetas: Dedere eſt ad perpetuum. Damus & ami-dimus tantum hoſtibus.* Nam amici.] *Iuſta petitio: rendum eſt amico, ne quid illi incommodi accidat.* .] *Plus gratiæ habet, quam ſi dixiſſet Clitiphonis. Et ; animi eſt: Amator verò, corporis. Et amator eſt ad r: Amicus qui perpetuo amat.* Ne quid de amica.] *πτωσις.* O Iupiter.] *Exclamatio terribilis penè nio gaudio deſipientis.* Nubet mihi.] *Hinc omnis*

*lætitia dependet.* Interloquere.] *Hoc loco inter no*
*get, quemadmodum in verbo intercipit, interbibit.*
*tem interloqui, impedire, & interpellare loquentem*
me.] *Id eſt, tolera. Tolerandus eſt, qui ex amore deſipi*
*amor deus eſt, & non voluntas. cogit enim hominem*
*quod vult* Hercle vero.] *Vero vt plurimum ironi*
*uenit. Verg. Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla*
*tis. Sane & Vero, pronunciandi adiumenta, in ver*
*g[illegible]tionem habent, licet cõfeſſionem afferre credantur*
nõ ages ] *id eſt, audies, in Andr. Hoccine agis?* Inqu
*Verbum hoc vim interdum maximam habet ad ad*
*tionem.* Videõum.] *Et videndum eſt, & vide, mag*
*greſſi[illegible] dicuntur. & Inquam vtimur nonnunqu*
*petitione, [illegible]prædictorum.* Noſter.] *Cum ſtomacho.*
duxeris.] *Recte abduxeris: nam abducitur propri*
*alienum.* Quo ore.] *Sic dicimus, quãdo aliquid pu*
*committimus.* Appellabo.] *Sic duxero Bacchidem.*
imo.] *Cautus ſeruus ea admonet, quæ non erant a*
*nuptiis.* Bonam atque iuſtam.] *ἀγωνικῶς legendi*
celet ſenem veſtrum.] *Dicimus enim, celo tibi hæ*
*& celo te hac re, intelligendum: celet ſenem de Ba*
Prodis.] *Prodere proprie ad parentes refertur, ſe*
*nunquam ad eum cui res alterius demandata eſt, &*
al. alter. *conſilio * aliter regitur.* Meam eſſe credet.] *Nece*
*Chremes Bacchidem gnati amicam non crediderit,*
*eſſe crediderit.* Committet.] *Bene de filia commi*
*xit: quia proprie magna committimus, & ea ſecundu*
*natum, quæ ſalutem in dubio habent.* Quid ma
*Malum interiectio eſt iraſcentis.* Vnus eſt dies.] *A*
*tempus pro ratione. non vult Chremetem diu crede*
*chidem Cliniæ eſſe amicam.* Pax. *Aduerbium comic*
*ſignificat tantum* Si nunc cœlum ruat?] *Verbum*
*tum in eos qui ſubtimidi in re peragenda, ſemper di*
*lent, quid ſi hoc vel illud accideret?* Age age.] *V*
*ſentientis, & qui victus eſt rationibus callidi ſeru*
ptume exit.] *παρασκευὴ eſt alterius ſcenæ.*

## ACTVS IV. SCENA IV

*Iambici quadrati catalectici. vnus hypercatale*

B

CHIS. CLINIA. SYRVS. DROMO.
PHRYGIA *ancilla.*

pol.proterue me Syri promiſſa huc induxe-
nt.
minas, quas mihi dare pollicitus eſt: quod ſi
nc
eperit, ſæpe obſecrans me vt veniam, fruſtrà
:t. (te
venturam dixero, & conſtituero: cum is cer-
:iarit, Clitipho cum ſpe pendebit animi.
ım, ac non veniam. Syrus mihi tergo pœnas
et.
Satis ſcite promittit tibi. SY. atqui tu hanc
i credis?
iſi caueo. BA. dormiunt: ego pol iſtos com-
ebo.
rygia, audiſtin' homo iſte modo quam vil-
demonſtrauit
i? PH. audiui. BA. proxumam eſſe huic fundo
exteram? PH. memini.
rriculo percurre. apud eum miles Dionyſia
t.
inceptat? B. dic me hic oppido eſſe inuitam,
e aſſeruari:
aliquo pacto verba his me daturam eſſe, &
uram.
j hercle: Bacchis mane mane, quò mittis iſt-
quæſo?
aneat. BA. abi. SY. quin eſt paratum argen-
BA. quin ego maneo.
ui iam dabitur. BA. vt lubet, num ego inſto? S.
n' quid ſodes?
id? SY. tranſeundum eſt nunc tibi ad Menede-
a, & tua pompa
lucenda eſt. BA. quam rem agis, ſcelus? SY. e-
e? argentum cudo,
ibi dem. BA. dignam me putas, quam illudas?
on eſt temere. (tibi reddo.
ímne tecum hic res mihi eſt? SY. minime, tuũ

BA. Eatur. SY. ſequere hac, heus Dromo. DR. [illegible]
me volt? SY. Syrus. DR. quid eſt rei?

S. Ancillas omneis Bacchidis traduce huc
propere.

DR. Quamobrem? S. ne quæras: & ferant quæ
huc attulerunt:

Sperabit ſumptum ſibi ſenex leuatum eſſe
abitu.

Næ ille haud ſcit hoc paulum lucri, quai
damni apportet.

Tu neſcis quod ſcis Dromo, ſi ſapies. DR. [illegible]
dices.

SAtis pol proterue.] *Reſtat ad fallaciam & a[...] quendum argentum, vt Bacchis irata à Syro p[...] & ad Menedemum tranſeat.* Satis pol.] *Meretr[...] queſtio exprimitur, cuius tota indignatio depende[...] tradita pecunia.* Huc induxerunt.] *Inducitur [...] cum verbis alterius decipitur.* In Andria.] *Vide[...] inducas.* Promiſſa.] *Cicero, Promiſſa tua memori[...] Aliter accipitur, cum dicimus promiſſa barba. n[...] mittere, eſt polliceri: & ad magnitudinem nutrir[...] tus, Capillum promittam.*

Pollicitus.] *Pollicemur magis ſponte: Promitt[...] gati.* Promiſſa.] *Dicitur promiſſum & promiſſio. [...] ſio & pollicitatio eandem vim habent. ſed pollicita[...] ioris aſſeuerationis eſt.* Vt veniam, fruſtra veni[...] *chra permutatio eiuſdem verbi per tempora, quæ [...] iratis.* Spe pendebit animi.] *Quod eſt corpori[...] ciatũ animi tranſtulit. Supra viſum eſt quam to[...] amãtes in amicarũ expectatione.* Ac nõ veniã.] [...] *retricis calliditas exprimitur. Iã cogitauit quẽadr[...] rus videatur apud Clitiphonẽ vanus & mendax, e[...] illo verberetur.* Mihi.] *In meã vltionẽ. Verg. Poſt [...] ſimili pœna commiſſa luetis.* Pendet pœnas.] *T[...] Verg. Tum pendere pœnas Cecropide iuſſi.* Satis ſc[...] *cum riſu pronunciandum. Scite, pulchre. In Andr[...] puer.* Promittit.] *Scilicet venturam.* Hanc [...] *Hanc, & ad contemptum, & ad odium di[...] bent enim iſta pronomina quandam emphaſin.* [...] commouebo.] *Bene iſtos, quaſi odioſos. In* [...]

te iſto. Ker. Aut quid petis iſtis? Hæc enim prono-
nentis ſunt, odiumq; monſtrantis. Dormiunt.]
nt & negligentes. Mea Phrygia.] Hoc eſt pro-
eretricis vltro excludere amantem, & alium re-
l ad ali ım ſe cōferre. Phrygia.] Nomen à regione,
bia, Andria, Samia. Quam villam.] Villa domus
quo ruſtici res vehunt, & euehunt. Verg. Et iam
rocul villarum culmina fumant. Vterer Varronis
o ex primo de re ruſtica ad Fundaniam, niſi no-
. Ad dexteram.] Inducit memorem meretricem,
ım, vbi ſit, & quid agat amans. nam huiuſcemodi
nil aliud agunt, nil aliud curant, quam quomo-
d ab amantibus extorqueant. Curriculo.] Hoc
rbium, aliàs nomen. Apud eum miles.] Hic eſt
perius Syrus. Nam miſerum quendam offendi ili
ius noctem orantem, hac arte tractabat virum.
Dionyſia.] Aliter agitat accipitur, quum dici-
at conuiuia & Dionyſia: & aliter quum dicimus,
tia. Iuuenalis, Hæc ego non agitem? Quid ince-
Tanquam de magno facinore dixit: nam inceptare
re magnorum eſt facinorum. Seruari.] Cuſtodi-
lius ſuſpicioſe obſeruari. vt illud Verg. Quod ſu-
li menſes & ſydera ſerua. Mane mane.] Hac ſin-
ba ſi diligenter notes, Syri magnam trepidationem
ideo ſtatim de argento mentionem fecit, in quo lis
ndebat inter Syrum & Bacchidem. Quin.] Pro
loco ponitur. Quin.] Repetit Bacchis Syri verbum,
ſt iratorum. Num ego inſto?] Fingit ſe non ma-
curare vt habeat argentum: quemadmodum fa-
qui defeſſi ſunt diu petendo aliquid. Sodes.]
ntis aduerbium. Quam rē agis ſcelus?] In And.
llic ſcelus. Et ad intellectū, non ad verba redigitur.
ſcelus ſceleſtus intelligitur. & plus dixit quàm ſce-
, Tu nihil niſi ſapiētia es. Mart. Non vitioſus homo
ſed vitium. Eo.] Ridicule additum: vt ſit Eo, loci
um. Argentum cudo.] Iocularitor dixit. Cuditur
cunia dum imprimitur. Quam illudas?] In And.
vobis videmur eſſe idoneæ, in quib. ſic illudatis? Il-
te, ſeptimo caſu: & illudo te accuſatiuo dicimus.
quoq; illudo te & tibi. Non eſt temere.] Sic di-

cimus

*citur quando aliquid ſit non ſine magna ratione.* ] *hac re, vt ad Menedemum traducar. & eſt cum in tione legendum, ita vt neget non veniſſe ea gratia. Cito flectitur, & quia mulier, & meretrix, quæ minimo lucello.* Quamobrem.] *Vtpote tardiuſc intelligit Syri conſilium. de eo ſuperius : Ille Clini tardiuſculus.* Damnum.] *Damnum rei eſt: Mal hominis. Perſoluet Chremes argentum ex fallac quod erit maius damnum, quàm ſi permanſiſſet n* Tu neſcis quod ſcis Dromo.] *In Eunucho, Tu pis, quod ſcis neſcis. Non poſſumus neſcire quod ſc ita vt concordia diſcors. Vergilius, ſequiturq; ſeq* Neſcis. ] *Hoc eſt quod dicitur. Quod ſcis neſcis, biale eſt, & multum apud dialecticos tractatum & non facio, & amicus ſum & non ſum, & audi audio, & cætera huiuſmodi.*

## ACTVS IV. SCENA V.

*Senarius, vnus quadratus.*

CHREMES. SYRVS.

ITa me dij amabunt, vt nunc Menedemi vi
Miſeret me, tantum deueniſſe ad eum mali
Illa ccine mulierem alere cum illa familia?
Etſi ſcio, hoſce aliquot dies non ſentiet,
Ita magno deſiderio fuit ei filius.
Verum vbi videbit tantos ſibi ſumptus dom
Quadratus. Quotidianos fieri, nec fieri modum,
Optabit rurſum vt abeat ab ſe filius. Syrum
Senarij. Eccum. SY. ceſſo hunc adoriri? CH. Syre. SY. quid eſt?
SY. Te ipſum mihi iamdudum exoptabam
CH. Videre egiſſe iam neſcio quid cum ſen
SY. De illo quod dudum? dictum ac factum
CH. Bonáne fide? SY. bona hercle. CH. n ſum pati
Quin tibi caput demulceam, accede huc Syr
Faciam boni tibi aliquid pro iſta re, ac luben
SY. At ſi ſcias quàm ſcite in mentem venerit.
CH. Vah, gloriare eueniſſe ex ſententia?
S. Non hercle verò, verum dico. CH. dic qui

:litiphonis eſſe amicam hanc Bacchidem
io dixit Clinia. & ea gratia
duxiſſe, ne tu id perſentiſceres.
:. s. dic ſodes. CH. nimium inquam. s. imò
:.
ausculta quod ſupereſt fallaciæ.
licet tuam vidiſſe filiam:
complacitam formam, poſtquam aſpe-

:upere vxorem. CH. modo quæ inuenta
eam.
:m iubebit poſci. CH. quamobrem iſtuc *al. Equidē
ſus nihil intelligo. s. vah, tardus es.
ſe. SY. argentum dabitur ei ad nuptias,
que veſtem, aurũ, tenésne? CH. comparet?
aon. CH. at illi ego neque do, neque de-
:o.
quamobrem? CH. quamobrem? me rogas?
i fugitiuo dabo? SY. vt lubet.
perpetuo dicebam vt illam illi dares,
ſimulares. CH. non mea eſt ſimulatio.
e tu a miſceto, ne me admiſceas.
daturus non ſim, vt ei deſpondeam?
bam. C. minime. SY. ſcite poterat fieri.
c, quia dudum tu tantopere iuſſeras,
CH. credo SY. cæterũ equidē iſtuc Chreme
n que facio. CH. atqui tum maximè
lare operam vt fiat, verum alia via.
uæratur aliud, ſed illud quod tibi
gento, quod iſta debet Bacchidi, id nunc
dum eſt illi: neque tu ſcilicet
confugies: quid mea? num mihi datum eſt?
i? num illa oppignorare filiam
: inuito potuit? verum illud Chreme
is ſummum ſæpe ſumma* malicia eſt. *al. iniuria.
d faciam. s. imò, aliis ſi licet, tibi non licet:
: in lauta, & bene aucta parte putant.
n egomet iam ad eam deferam. SY. imò,

lube

Iube potius. CH. quamobrem? S. quia enim i
ſuſpicio eſt
Tranſlata amoris. CH. quid tum? SY. quia vi
Magis veriſimile [illegible] eſſe, cum hic illi dabit:
Et ſimul effi[illegible] facilius ego quod volo:
Ipſe adeò adeſt, abi, effer argentum. CH. eff

ITa me dij amabunt.] *Hic eſt tranſacta Syri, & tandem extorquetur argentum: & idem eſt qui fuit in prima comœdiæ parte. miſeretur enim demi & eius vicem dolet, credens Bacchidem ami niæ eſſe.* Tantum mali.] *Magis propriè dixiſſe niſi ad ægritudinem animi referas.* Illancine rem?] *Hoc eſt, quod ſupra dixi, iſta pronomina aff temptum & odium.* Cum illa familia.] *Cum, dixit, id quod ſuperius facete Syrus pompam ap* Ita magno deſiderio.] *Vix in primis explebile rium illius rei eſt quam diu optauimus: ſed eius p dies paulatim nos ſatietas capit.* Nec fieri m *Quod plus eſt, & ad prodigalitatem accedit.* Ecc *Andria, Atque eccum video. Superius dixi eccu reſolui per aduerbia, non per nomina. ſed tamen ſe Donatum, eccum, quaſi ecce eum, veteres dixer cum, ellum: quòd apertius ſignificat ecce eum, ec* Ceſſo hunc adoriri.] *Quaſi de improuiſo allo gredi. In And. Hic ſi me imparatum nunc in ver adortus eſſet. Adoriri dicitur, qui ex inſidiis repe dit, dictum ab eo, quod corpora aggredientium e ſubito, atque increſcant.* Hem.] *Interiectio læti, turbati.* Te mihi ipſum iamdudum.] *Lauren la, vir omnium noſtræ ætatis eruditiſſimus, dici & iamdudum de paruo tempore dici, vnius hora mihoræ, aut duarum horarum, vel ad ſummum ſed Donatus illud Terentianum exponẽs: Iamdud*

al. eos. *tẽm inter* * *nos factæ lites: ſic inquit, Quia iamdu finitæ moræ eſt, addidit ætatem, vt oſtendat multu temporis: & factum eſt, Iamdudum ætatem, pr quo tempore. Lucilius, Vt multum menſeſque dies tamen ætatem. Aetatem, diu longinquoque te prolixo vt eſt ætas, & quæ ſequuntur.* Videre

hoc ex verbis Syri à quo exoptaretur: credebat e-x ſe à ſeruo non optari, niſi gratia fallaciæ in Men. Ac factum reddidi. ] *Secure & cum magna pronunciat: & plus eſt quàm ſi diceret feci.* Caiulceam.] *Magni blandimenti ſignum, quod fit, n re optata domino ſeruus ex ſententia obſequi-*i aliquid.] *Non dicit quid: vt eum lætiorem red-i ſpe magni boni detineat.* Hercle vero.] *Aduer-confirmatiua.* Non hercle vero, verum dico.] *gloriari, & ſe veridicum fatetur: vt hi qui re ma-icta fingunt ſe non gloriari: vt ſint maioris fidei itatis.* Tui Clitiphonis. ] *Hoc eſt, quod ſuperius Qui vim tantam in me & poteſtatem habeam itiæ, vera dicendo, vt eos ambos fallam. Inferius non credet Menedemo Bacchidem Clitiphonis eſ-i.* Imò ſic ſatis.] *Sic dixit, vt qui ſuſpicaretur à dictum nimium inquam, non ſerio, ſed ioco.* idiſſe filiam. ] *Neq; hoc Menedemo crediturus es, dum dicet inferius: Et illum aiunt velle vxo-*ebit poſci. ] *Id eſt, peti. Petimus aliquid preca-imus imperioſe: Poſtulamus iure.* Prorſus nihil i.] *Prorſus, pro eo quod eſt omnino. Sunt qui con-m velint Vel prorſus, certe, recte, vere: & dici porro verſus. nam prorſum, & porro verſum, id erſum. Hinc & proſa oratio, quam non inflexit* . Vah. ] *Interiectio mirantis, & hoc cum geſtu & leuiori perſonæ congrue dictum.* Argentum ] *Scilicet à Menedemo. inferius Chremes non im-rborum Syri, Menedemo dicet, Et illum aiunt rem: vt quum deſponderim, des qui aurum, & tque alia quæ opus ſunt comparet.* Qui. ] *Pro* ſpondeo ]*Propriè dixit. Spondet pater puellæ: t pater adoleſcentis. In Andria, Placuit, deſpon-*tiuo dabo? ] *A conditione perſonæ Cliniam vi-nam fugitiui proprie ſerui, vnde in edicto Aedi-ulium titulus eſt ſeruorum fugitiuorum, Si tiuus, errôue ſit, noxáue ſolutus non ſit.* Non c-tuo. ] *Vergilius, Connubio iungam ſtabili, pro-dicabo. Illa datur perpetuo, quæ omnes annos io exigit.* Tua miſceto ] *Verba probi viri qui*

*non vult*

*non vult adhærere conſilio alterius in re non pr*
Cui daturus non ſum ] *Argumentum ab æqu æquum, non leges ipſæ concedunt, vt quis pater fil. cui ſpondeat, deinde deneget.* Iſtuc Chreme. ] *I probabili vult inire opinionem optimi ſerui, qu no bona fide morem gerat, & pro viribus obſe.* Fiat, quæratur aliud. ] *Aſtute & callide, in omn ſentitur hero: quia iam lenibus verbis extorqu gentum.* Eò nunc confugies. ] *Id eſt, ad ratio ſtatim callide ſubiicit magna vis eſt perſuaſioni niam non prius animaduertimus ea quæ is reſpondere aliquid petimus.* Me inuito potuit ? ] *Hæc pro te eſſent, & iure non teneretur reddere id argen* lauta. ] *Non decet eum qui lautæ vitæ ſit & dæ, in omnibus iuris rigorem obſeruare. nam qu guem ius ſeruant, aſperi, difficiles, & tenaces m dentur.* Egomet. ] *Senex gloriæ cupidus adeò verbis Syri, vt ad meretricem cum argento feſti piat.* Simul conficiam. ] *Hoc loco pro efficiam quo ſæpius in hac ſignificatione Cicero vtitur. ab fectum, proprie verbum conuenit gladiatoribus grauiſſimis vulneribus occubuerunt. Cicero in Ca Gladiatori illi confecto & ſaucio.*

## ACTVS IV. SCENA V

### CLITIPHO. SYRVS.

Senarij.

NVlla eſt tam facilis res, quin difficilis ſiet,
Quam inuitus facias: vel me hæc deambu
Quàm non laborioſa, ad languorem dedit.
Nec quicquam magis nunc metuo quàm ne
Miſer aliquo extrudar hinc, ne accedam
chidem.
Vt te omnes equidem dij, deæque quantum
Cum iſtoc inuento, cúmque incepto perdui
Huiuſmodi mihi res ſemper comminiſcere,
Vbi me excarnifices. SY. i tu hinc quo dign
Quàm penè tua me perdidit proteruitas.
CL. Vellem hercle factum: ita meritus. SY. m
quo modo?

iſtuc ex te prius audiſſe gaudeo,
argentum haberes, quod daturus iam fui.
uid igitur tibi vis d... am? abi, illi, mihi
m adduxti, quam non liceat tangere?
non ſum iratus. ſed ſcin' vbi nunc ſit tibi
cchis? CL. apud nos. SY. non. CL. vbi igitur?
apud Cliniam.
ij. S. bono animo es: iam argentum ad eam
'es,
:i pollicitus. C. garris: vnde id? S. à tuo patre.
dis fortaſſe me. S. ipſa re experibere.
ego fortunatus homo ſum: deamo te Syre.
cauſa id fiat, obſecundato in loco.
er egreditur: caue quicquam admiratus ſies.
imperabit, facito: loquitor paucula.

Apud redũdat in metro.

eſt tam facilis res. *Hic exprimitur amantis antia, qui ob nimium amorem Syro in re ſua idehinc paulo momento illum demulcet.* Quin.] *d non.* Difficilis.] *Huic illud contrarium: Nibil homini volenti.* Vel me hæc. *Vel modo non eſt ua coniunctio, ſed pro etiam poſita, vt apud Verg. mo miſerande manus.* Hæc deambulatio] *Quæ non laborioſa. nam deambulatio homini potius em quam laborem affert.* Vt te omnes quidem *rouidens adoleſcens non conſiderat quid à Syro in n peractum ſit, ſed omnia ad voluptatem ſuam* ſtoc inuento.] *Cum contemptu atque odio hæc antur* Tuo iſtoc inuento, cumque incepto.] *magno facinore. nam inceptum, & inceptare, & magnorum eſt facinorum.* Perduint.] *Et anti- & Plautinum.* Comminiſcere.] *Pro commi- id eſt, fingis. hinc commentum, alibi, Atque ipſis nentum placet.* Excarnifices.] *Terribiliter excar- xit, id eſt excrucies. Excarnificare deductum eſt à Carnifex eſt, qui carnes ex homine facit. nam ca- ſt, eò quod careat anima. & caro proprie dicitur um. Verg. Et corpora luce carentum. vel caro ſic tſi cado. Verg. Belloque caduci Dardanidæ, quod cet ſine anima ſit, & cadat.* I tu hinc.] *Et hic clamat: quod iam extorſerit argentum.* Proter-

A

uitas.] *Importunitas, vel petulãtia. Proteruitas, li quædam. In amelia: Procacitas, maior: Petulãtia, n* Ita meitt?.] *Meretur quis & bonũ & malũ, & m promereri eſt præſtare beneficium. Vergil. Quique mo es alios fecere merendo. Et idem, Nunquam negabo Premeritam* Ex te prius audiuiſſe nega *fingimus, quando ſumus collaturi beneficium in & quicquam audimus quod non placet, nec tamen fenſos reddat.* Non liceat tangere.] *Nimius eſt adoleſcente cum videat ad iciam, nec tamen tang cul:as datur.* Iam non ſum iratus.] *Non poteſ mia lætitia diutius retinere quod fecerit.* Iratus. *eſt ex cauſa: Iracundus ex moribus.* Scin' vbi nu *Hæc interrogatio gaudentis eſt, & cui omnia ex ceſſerint.* Perij.] *Hæc vox eſt amantis, aliquid m cantis.* Iam argentum.] *Iam, nimiam velocitatem cat.* Deferes.] *In alia ſignificatione accipitur illi piadis ad Alexandrum, Amabo, inquit, mi fili neque deferas me. Hinc delator.* Garris.] *Tanq vnde garrulus. Et garrire is dicitur, qui inani tur.* Experibere.] *Antiquum eſt: nos dicimus Iuuen. Experiar concedatur in illis, &c.* Næ ege *eſt, valde.* Deamo te Syre.] *Id eſt, valde amo. D auget, aliàs diminuit* Qua cauſa id fiat.] *Vt habeamus quod ad Bacchidem deferas.* Obſecu loco.] *Obſecundare eſt omnia ad alterius nutu* Loquitor paucula.] *Paucula dixit, non pauca: iorem vim admonitio iſta habitura eſt. nam pa ram patre loquitur Clitipho.*

## ACTVS IV. SCENA V

CHREMES. CLITIPHO. SYR

VBi Clitipho nunc eſt? SY. eccum me, in eccum hic tibi.

CH. Quid rei eſſet, dixti huic? SY. dixi pler mnia.

CH. Cape hoc argentum, ac defer. SY. hei, c lapis?

Quin accipis? CLI. cedo ſanè. SY. ſequere Tu hic nos dum eximus interea oppeniben

ihil eſt, illic quod moremur diutius.
nas quidem iam decem habere à me filia,
pro alimentis eſſe nunc duco da as:
ornamentis conſequentur alteræ.
hæc talenta dotis apposcent duo.
multa iniuſta, ac praua fiunt moribus?
inc relictis omnibus, inueniundus eſt
;, labore inuenta mea cuidem bona.
litipho nunc eſt?] *Egreditur Chremes cum ar-*
). Eccum me, inque.] *Syrus ſubijcit verba Cliti-*
*uæ patri reſpondeat* Inque.] *Raro alibi præter in-*
*inquit reperies. Inque, id eſt, dic.* Pleraque o.
*Hic adiecti in primo poſita eſt loco. Adiectiones ve-*
*prima parte orationis, aut in vltima adijciuntur.*
*Pleraque, ex abundantia poſitum eſt. Omnia, ne-*
*additum in vltimo, ſicut interea loci, interibi.*
as lapis?] *Hoc dictum in ignauum: Illa vero, cau-*
*s, aſinus, in ſtultum.* Quin.] *Pro cur non.* Op-
e.] *Antiquum eſt, ſicut expendere.* Minas qui-
*nducitur tenax ſenex circa rem ſollicitus, qui con-*
*r de damno quod illi acciderat de inuenta filiâ.* Pro
is.] *Nam crediderat ante illam oppignoraſſe filiā*
. Alteræ.] *Id eſt, totidem.* Porrò.] *Modo aduer-*
*nis: alias temporis.* Hæc apposcent.] *Hæc plura-*
*Hæ. In Eunucho, Continuo hac adornant vt lauet.*
*nione, Hęc illæ erant itiones.* Talenta duo.] *In*
*bus dicet, Duo talenta pro re noſtra ego decreui*
Relictis omnibus] *Poſitis omnibus aliis nego-*
ore inuenta.] *Propriè parta.*

## CTVS IV. SCENA VIII.

### MENEDEMVS. CHREMES.

o omnium nunc me fortunatiſſimum Senarij.
tum puto eſſe gnate, cum te intellego
cere. CH. vt errat? M. te ipſum quærebam
me:
uod in te eſt, filium, & me, & familiam.
do, quid vis faciam? ME. inueniſti hodie
n.

CH. Quid tum? ME. hanc ſibi vxorem da
Clinia.
CH. Quæſo quid tu hominis es? ME. quid? C.
oblitus
Inter nos quid ſit dictum de fallacia,
Vt ea via abs te argentum auferretur? ME. ſci
CH. Ea res nunc agitur ipſa. ME. quid dixti C
CH. *Erraui: ſic res acta eſt. ME. quanta ſpe d
CH. Imò hæc, quæ nunc apud te eſt, Clitiph
Amica. ME. ita aiunt. CH. & tu credis? ME. or
C. Et illũ aiunt velle vxorem, vt cum deſpon
Des qui aurum, ac veſtem, atque alia, qu
ſunt, compare.
ME. Id eſt profecto: id amicæ dabitur. CH. ſci
Daturum. ME. vah, fruſtra igitur gauiſus mi
Quiduis tamen iam malo, quàm hunc amitt
Quid nunc renunciem abs te reſponſum Ch
Ne ſentiat me ſenſiſſe, atq; ægrè ferat?
CH. Aegrè? nimium illi Menedeme indulges
Inceptum eſt: perfice hoc mihi perpetuo Cl
CH. Dic conueniſſe, egiſſe te de nuptiis.
ME. Dicã: quid deinde? CH. me facturũ eſſe
Generum placere: poſtremo etiam ſi voles,
Deſponſam quoq; eſſe dicito. ME. hẽ iſtuc
CH. Tanto ocyus te vt poſcat, & tu id quod
Quàm ocyſſime vt des. M. cupio. C. ne tu pr
(Vt iſtam rem video) iſtius obſaturabere:
Sed hæc ita vt ſunt, cautim & paulatim dabi
Si ſapies. ME. faciã. CH. abi intro, vide quid
Ego domi ero, ſi quid me voles. ME. ſane vo
Nam te ſciente faciam quicquid egero.

*Erraui, prima ſyllaba pertinet ad verſum præcedentem.*

MVlto omnium me nunc.] *Hic eſt iucunda erroris ſenis de verbis Syri, qui Menedem decipi, dum ipſe decipitur.* Vt errat.] *Verg Vt vid.* Filium.] *Filium prius nominauit, in quo omnis tris erat.* Quæſo.] *Modo obiurgatorium eſt.* Q minis eſt?] *In Eunucho, Quid iſtuc inquam o Scire nos conuenit, cum recto caſu profertur in tio, non eſſe contumelioſum: vt ſi dicas, Quis hic Si autem in obliquo, contemptum ſignificari: vt,*

*nis? quid mulieris? quid ornatus?* Ea res nunc a- ſa.] *Et ex hoc credit eos inter ſe finx ſſe Cliniam a- ntiphilam.* Sic res acta eſt.] *Vt decipiaris. Et hæc cum contemptu interrogat. nam & hoc fictum eſſe* :a aiunt.] *Ita aiunt, de re dicimus, quam volumus* *im.* Id eſt profecto.] *Fingit ſe credere amico quem* *ognouerat.* Gauiſus.] *Bene de filio gauiſus dixit,* *udemus propriis: gratulamur alienis.* Miſer.] *Mi- :ui animæ miſeria eſt.* Amittere.] *Pro dimittere,* *itiquo.* Aegrè.] *Sic diſtingue, vt Chremes hanc vo- nedemi ſubrideat: quippe quod filius non ſit vlla in* *idus.* Indulges.] *Nullum magis proprium verbum* *e potuiſſet de patre, qui omnia filio permittit.* In- 1.] *Nam quod ſemel inceptum eſt, non poteſt facile* Deſpōſam.] *Et hoc eſt quod Cliniæ magis placitu-* .Hem.] *Modo interiectio lætantis, aliàs iraſcentis.* ocyus.] *Quia ſi acceperit filius deſponſatam An- n, quamprimum expoſcet argentum ad ornamen- enda.* Næ.] *Pro valde: & hoc proprie Terentianum* pediem.] *Temporis aduerbium, & ſignificat Ci-* ſaturabere.] *Id eſt nimiam de filio capies ſatieta- uod eſt corporis, ad animum tranſtulit, & ſic plus* *bo intulit, quàm ſi inueniſſet proprium verbum.* ent.] *Tanquam iure, quia iure aliquid poſtula-* e ſciente.] *Recte ſciente. nam ſciens eſt, qui alicuius* *rem cognoſcit. Prudens, qui intelligentia ſua ali- ntit. ergo ſciens eſt per alios.*

## ACTVS V. SCENA I.

*chaici quadrati catalectici, & ſenarij iambici.*

MENEDEMVS. CHREMES.

me non tam aſtutum, neque ita perſpicacem al. certo ſcio,
eſſe,* id ſcio. tunc eſſet
ic adiutor meus, & monitor, & præmonſtra- Iamb.
Chremes,
nihi præſtat. in me quiduis harum rerum con-
nit,
ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus,
ımbeus.

In illum nihil poteſt: nam exupeiat eius ſi
haec omnia.
CH. Ohe, iam deſine deos vxor gratulando
dere, (nio it
Tuam eſſe inuentam gnatam: niſi illos ex tu
Vt nihil credas intelligere, niſi idem dict
centies.
Sed quid interim illic iamdudum gnatus ceſſ
Syro?
ME. Quos ais homines Chreme ceſſare? CH.
Menedeme aduenis?
Dic mihi, Cliniæ quæ dixi nunciaſtíne? ME.
CH. Quid ait? ME. gaudere adeò occepit, qu
cupiunt nuptias.
CH. Ha ha hæ. ME. quid riſiſti? C. ſerui ve
mentem Syri (fingit
Calliditates. M. itáne? C. vultus quoque ho
ME. Gnatus quod ſe aſſimulat lætum, id dic
id. ME. idem iſtuc mihi
Venit in mentem. CH. veterator. ME. magis, ſ
noris putes
Ita rem eſſe. CH. ain' tu? ME. quin tu auſcul
mane, hoc prius ſcire expeto
Quid perdideris: nam vbi deſponſam nũciaſ
Continuo inieciſſe verba tibi Dromonem, ſ
Sponſæ veſtem, aurum, ancillas, opus eſſe
tem vt dares.
ME. Non. CH. Quid non? ME. non inquam. C
ipſe gnatus? ME. nihil prorſus Chreme.
Magis vnum etiam inſtare, vt hodie confic
nuptiæ.
CH. Mira narras: quid Syrus meus? ne is
quicquam? ME. nihil.
Iamb. tetrã. acatal.
CH. Quamobrem? ME. neſcio equidem; ſe
ror, qui alia tam plane ſcias:
Sed ille tuum quoq; Syrus idem mire finxit fi
Vt ne paululum quidem ſuboleat eſſe amica
Cliniæ.
CH. Quid ais? M. mitto iam oſculari, atque
xatum nihil puto.

C

...id eſt, quod amplius animum lædat? ME. Eh. CH. eſt? ME. audi modo:
hi vltimis conclaue in ædibus quoddam
...:
intro latus lectus , veſtimentis ſtratus eſt.
id poſtquam hoc eſt factum? ME. dictum, fa-
...: huc abiit Clitipho.
...us? M. ſolus. C. timeo. ME. Bacchis conſecuta
...ico.
...a? ME. ſola. CH perij ME. vbi abiere intro, o-
...ere oſtium. CH hem,
...æc fieri videbat? ME. quid ni? mecum vnà
...l.
...ij eſt amica Bacchis Menedeme, occidi. Iamb. ſenarij.
...uamobrem? CH. decem dierum vix mihi eſt
...ilia.
...uid? iſtuc times, quod ille operam amico
...uo? (eſt?
...ò quod amicæ. M. ſi dat. C. an dubium id tibi
...uam animo tam cõmuni eſſe aut leni putas,
... vidente amicam patiatur ſuam. ME. ha
...æ.
...i, quo verba facilius dentur mihi.
...rides? merito mihi nunc ego ſuccenſeo:
...res dedere, vbi poſſem perſentiſcere,
...ſem lapis, quæ vidi? væ miſero mihi,
illud haud inultum, ſi viuo, ferent:
...am. ME. Non tu te cohibes? non te reſpicis?
...ibi ego exempli ſatis ſum? CH. præ iracundia
...deme, non ſum apud me. ME. Téne iſtuc
...ui?
...e id flagitium eſt, te aliis conſilium dare,
...ſapere, tibi non poſſe auxiliarier?
Quid faciam? ME. id quod me feciſſe aiebas
...rum:
...e eſſe patrem ſentiat, fac vt audeat
credere omnia, abs te petere & poſcere,
...uam aliam quærat copiam, ac te deſerat.
...mò abeat potius multo quouis gentium,
...m hic per flagitium ad inopiã redigat patrem.

Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumptibus
Menedeme, mihi illæc vere ad raſtros res redit
ME. Quot incommoditates hac re accipies
caues?
Difficilem oſtendis te eſſe, & ignoſces tamen
Poſt, & id ingratum. C. ah, neicis quam dolea
vt lubet,
Quid hoc quod rogo, vt illa nubat noſtro? niſi
Quod mauis. CH. imò & gener, & affines plac
ME. Quid dotis dicam te dixiſſe filio?
Quid obticuiſti? CH. dotis? ME. ita dico. CH. al
Chreme,
Ne quid vereare, ſi minus eſt, nihil dos mouet
C. Duo talenta pro re noſtra ego eſſe decreui
Sed ita dictu opus eſt, ſi me vis ſaluum eſſe, &
& filium,
Me mea omnia bona doti dixiſſe illi. M. quar
agis?
CH. Id mirari te ſimulato, & illum rogato ſim
Quamobrem id faciam ME. quin ego vero q
obrem id facias neſcio.
CH. Egóne? vt eius animum, qui nunc luxu
laſciuia
Diffluit, retũdam, redigam, vt quò ſe vortat n
ME. Quid ais? CH. mitte, ac ſine me in hac re g
mihi morem. ME. ſino.
Itáne vis? CH. ita. ME. fiat. CH. age iam vt vxore
cerſat, paret.
Hic, ita vt liberos eſt æquum, dictis confutabi
Sed Syrum. ME. quid eum? CH. egone? ſi viuo
exornatum dabo,
Adeò depexum, vſq; vt dum viuat, meminerit
per mei.
Qui ſibi me pro ridiculo, ac delectamento put
Non (ita me di ament) auderet hæc facere v
mulieri,
Quæ in me fecit.

Troch. quadrati. catal.

Verſus perficitur ſequẽti ſcena.

EGo me non tam aſtutum.] *Quia iam ad e properat fabula, fallacia detegitur per Menede*

C

æ Antiphila deſponſabitur. Ego me.] Vt inſultat
um alterius ſtulticiam & tarditatem ludibrio ha-
n tam aſtutum.] Hac iactationis cuiusdam ſpe-
ngere ſe non aſtutum, dum videt alterum ſtultio-
iutor.] Cum riſu hæc pronuncianda: & Adiutor
n re bona. Impulſor in re mala. Caudex, ſtipes.]
rioſe dicuntur in ſtultum & hebetioris ingenij
: quemadmodum dum ignauum lapidem appel-
uamuis tamen idem ſit: ſed hoc plus eſt. Ohe.] In-
eſt, ſatietatem vſque ad faſtidium deſignans. Ob-
.] Obtundit, qui ſæpe repetendo aliquid dicit. Ob-
.] Eſt tranſlatio à fabris, qui ſæpe repetunt tun-
liquid malleo, & idem obtundunt & hebetant.
um Syro.] Bene ceſſat, tanquam deſidioſus. nam
eſidioſi, Requieſcunt defeſſi. ehem Menedeme,
?] Sic tanquam expectatus: & Aduentus proprie
orum, neceſſariorumq; dicitur. Quaſi qui cu-
In Andria, Ita tum diſcedo ab eo, vt qui ſe neget
iturum. Ha ha hæ.] Vox nimij cachinni, & ac-
ta Chremeti, qui credebat Menedemum decipi in
iſſimulare illum petere vxorem. Itáne?] Sic lege,
eludat Chremetem, qui paſſus eſt ſe à ſeruo decipi.
] Format, ſi triſtes ſunt, lætos reddit. Fingere pro-
guli, qui formas dicit ex luto. Se aſſimulat.]
ad id, Vultus fingit hominum. Venit in men-
c dicit, quia ſcit ab illo deceptum Chremetem. Ve-
] Vetus eſt in aſtutia. Ita rem eſſe.] Vultuoſe pro-
dum, quod ſi Chremes ſciret ſe à Syro deceptum,
m veteratorem appellaret. Mane.] Deceptus Chre-
er percipit verba Menedemi, quæ ipſe loquitur, &
nprudens eluditur. Non.] Ridicula negatio. Illa
giliana, amara, Non verum Aegonis. Quid
Cum admiratione repetit Non. Hodie conficе-
nuptiæ.] Incipiet paulatim detegi fallacia: nam
m eſt Clinium non falſo velle Antiphilam. Ne is
quam?] [illegible] admirantis. hoc ma-
quod nec Syrus verba interiecerit ad
Alia iam plane ſcias.] Pul-
. Iſte tuus quoq; Sy-
[illegible] Finxit filium.]

*Refertur ad id quod Chremes ſupra dixit, Vultus q*
*hominem ſingit ſcelus.* Subolcat. ] *Translatum à ſenſ*
*randi.* Quid ais? ] *Nonnunquam perturbati inte*
*ris eſt dicere, quid ais? ſed hoc loco metuentis eſt, n*
*terrogantis.* Mitto iam oſculari. ] *Color rhetoric*
ſculari. ] *Hæc eſt quarta amoris linea nam ſunt qu*
*Prima viſus, Secunda loqui, Tertia tactus, Quarta*
*li, Quinta coitus.* Id nihil puto. ] *Sic dicimus quan*
*bemus aliquid maius ad confirmandum. Conclau*
*Eunucho, Virgo in conclaui ſedet. Eſt autem concl*
*paratior locus in interioribus tectis: vel quod intr*
*loca multa & cuncta clauſa ſint, adhærentia tri*
Sola. ] *Hoc magnum argumentum quintæ lineæ, q*
*la cum ſolo fuerit.* Quid ni? ] *Quid niſi.* Familia
*loco pro re familiari ponitur, vnde in iudicium v*
*lite familiæ Herciſcundæ, id eſt, hæreditatis. Cicer*
*bro de Orat. Idem Herciſcundæ familiæ cauſam ag*
*poſſit.* Operam dat. ] *Facete dictum à ſene.* Si da
*ſpondendum. & eſt ἔκλειψις, quaſi dicat neſcio.* D
id tibi eſt? ] *Iam credit Chremes ſe eſſe deceptum.*
cam patiatur ſuam. *Subaudi, ſubagitari, & e*
*ſt ἔκλειψις in re turpi Vergilius, Nouimus &*
Quid ni? ] *Pro cur non. & hæc verba proprie ſu*
*dentis.* Ni eſſem lapis. ] *Superius, Nam ex ipe*
*ſtultitia hæc omnia, & plus eſt quam caudex, ſtip*
*pus.* Nam iam. ] ἀποσιώπησις. *Verg. Quos ego.* Té
loqui? ] *Verg. Méne incepto deſiſtere victam?* Al
filium dare. ] *Hinc illud Seruij Sulpitij ad Cice*
*Denique noli te obliuiſci Ciceronem eſſe, & eum*
*lis conſueueris præcipere & dare conſilium.* Flagi
*Facinus. Flagitium, more militari dicitur res fla*
*hoc eſt increpatione digna. nam flagitare eſt pe*
*inde flamma & flagella quod hæc non ſint ſi*
*tu & crepitu.* Pro abeat. ] *Hoc terribiliter p*
*ciendum: & verba propriè rigidi & aſperi patris.*
uis gentium. ] *Gentium, in fine ſuperflua ad*
*ſicut interea loci. dat tamen quandam αὔξησιν p*
*cianti.* Si pergam. ] *Perſeuerem, aliàs pergere,*
Vere ad raſtros. ] *Quaſi dicat, Id quod in M*
*abſentia filij exercebas, hoc eſt, rem ruſticam, ſed*

re cogar. Quot incommoditates.] *Satis conuinam hoc nomen leue quiddam significat, vt in Eu- Imò enimuero inſi lrnter. nam incōmoda alia ſunt Parmeno.* Capies.] *Ibi inimicitias caperem. Caproprie dicimus, cum id quod in nobis eſt aſſumi- de capere pro eligere ponitur.* Niſi quid eſt.] *Hoc it, quod officium eſt probi & modeſti viri.* Et aſ- *Vxoris cognati ſunt Affines, mariti. vnde multi gra- t. & veluti rami propinquitatis in affinitate & one diſpoſiti.* Quid obticuiſti?] *Sic dixit, qua- et Chremetem dicere, quod parua dos videretur: emus conſilia: reticemus dolores: obticemus quo- s pudet* Pro re noſtra.] *Tacite rem ſuam exte-* uam rem agis?] *Hoc eſt quaſi perturbati inter-* Illum rogitato.] *Pulchra admonitio, vt per- iat filium.* Diffluit.] *Perſtis, diffluis amens.* Quid *Ais dicimus de iis qui vana loquuntur.* Fiat.] *Con ati aduerſus pertinacem.* Sed Syrum.] ἀποσιώ. *ſcilicet puniam.* Dictis.] *Quia liberi verbis ob- di ſunt: ſerui vero verberibus puniendi.* Adeo im.] *Hoc verniliter more ſenum iratorum lege, & e contrarium.* Viduæ mulieri.] *Bene perſonam m delegit, quæ ludibrio habetur, & quia mulier, viro orbata,*

# ACTVS V. SCENA II.

*aici quadrati catalectici & iambici quadrati a- catalectici, & fragmentum.*

LITIPHO. MENEDEMVS. CHREMES. SYRVS.

:tandem quæſo Menedeme, vt pater
in breui ſpatio omnem de me eiecerit ani-
m patris.
nam ob facinus? quid ego tantum ſceleris
iſi miſer?
id faciunt. ME. ſcio tibi eſſe hoc grauius mul-
c durius
:: verum ego haud minus ægre patior id, qui
cio:

Nec

Nec rationem capio, niſi quod tibi bene e
mo volo.

CL. Hic patrem aſtare aiebas? ME. eccum. C
me incuſas Clitipho?

Quicquid ego huius feci, tibi proſpexi, &
tiæ tuæ:

Vbi te vidi animo eſſe omiſſo: & ſuauia in p
Quæ eſſent, prima habere, neque conſulere
gitudinem:

Cœpi rationem, vt neque egeres, neque vt ha
ſes perdere.

Vbi, cui decuit primo, tibi non licuit per te m
Abij ad proximos tibi quæ erant, eis com
credidi:

Ibi tuæ ſtultitiæ ſemper erit præſidium Cliti
Victus, veſtitus, quo in tectum te receptes.
hei mihi.

CHR. Satius eſt, quàm te ipſo hærede, hæc pe
Bacchidem.

SY. Diſperij, ſceleſtus quantas turbas con
ſciens?

CL. Emori cupio. CH. prius quæſo diſce qu
Vbi ſcies, ſi diſplicebit vita, tum iſtoc vtitor.

SY. Here licétne? CH. loquere. SY. at tuto? CH
re. SY. quæ iſta eſt prauitas,

Qúæue amentia, quod peccaui ego, id obeſ
CH. ilicet,

Nec te admiſce, nemo accuſat Syre te, nec tu
Neque precatorem pararis. SY. quid ais? CH
ſuccenſeo

al. tibi. Nec illi, nec * huic: nec vos eſt æquum, quo

SY. Abiit, ac rogaſſe vellem. CL. quid? SY. vn
peterem cibum:

Iamb. quad. Ita nos abalienauit: tibi iam eſſe ad ſororem

CL. Adeóne rem rediiſſe, vt periculum etia
mihi ſit Syre?

SY. Modo liceat viuere, eſt ſpes. CL. quæ? SY
ſurituros ſatis.

C. Irrides in re tanta, neque me quicquam c
adiuuas?

) & ibi nunc ſum, & vſq; dudum id egi, dum
itur pater.
ntum ego intelligere poſſum. CL. quid? SY.
aberit longius.
id id ergo? S. ſic eſt, non eſſe horum te arbi-
CL. Quid iſtuc Syre?
inus es? SY. ego dicam quod mihi in * men- al. in mente eſt.
venit: tu diiudica.
tis fuiſti ſolus, dum nulla alia delectatio,
opior eſſet te, indulgebant tibi, dabant: nunc

am eſt inuenta vera, inuenta eſt cauſa, qua te
llerent.
veriſimile. S. an tu ob peccatum hoc, eſſe il-
iratum putas?
i arbitror. SY. nunc aliud ſpecta, matres o-
s filiis
ato adiutrices, auxilio in paterna iniuria
eſſe: id non fit. CLIT. verum dicis: quid er-
iunc Syre
i? SY. ſuſpicionem iſtam ex illis quære, rem
er palàm:
eſt verum, ad miſericordiam ambos addu-
ito, aut
cuius ſis. CL. recte ſuades, faciam. S. ſat re-
ioc mihi in
m venit: namq; adoleſcens quàm minima in Troch.
ſitus erit,
acillime patris pacem in leges conficiet ſuas.
i haud ſcio ánne vxorem ducat, ac Syro nil
iæ.
iutem hoc? ſenex exit foras: ego fugio: adhuc Iāb. tetram. catal.
id factum eſt:
non iuſſiſſe ilico me arripi. ad Menedemum
e pergam: eum
orem mihi paro: ſeni noſtro fidei nihil habeo.

e tandem?] *Reſtat ad tranquillitatem rerum o-
m, vt Clitipho verbis patris perterritus, in viam re-
r vxorem ducat.* Itáne.] *Sic incipit, vt qui ſe à patre*
*abdi-*

*abdicatum putet.* Tandem.] *Hic ex, letiua coniun cer. Quouſq; tandem abutere Catilina patientia no liàs ponitur pro Tamen, vt, In qua ciuitate tande trare te viuere? nonnunquã pro Saltem.* Admiſit. *ois eſt, plus eſt admittere, quàm facere: alibi, Hæc tere indigna.* Volgo id faciunt.] *Adpurgationẽ ſi nihil aliud habemus, argumentum ab exemplo a ſumimus, qui idem factitauerunt, ſed multo mag ſi ab exemplo omnium ſumitur.* Quid me incuſa *incuſas: quia filio maior eſt pater.* Quicquid ego feci.] *Huius abſolute: vt per ἔλλειψιν deſit rei. In Ne quid ſit huius oratio. alibi: Nihil me iſtius fa patri.* Ego huius feci.] *Semper grauis inceptio or quæ exordium ſumit à pronomine.* Animo omiſſ. *gligenti. alibi, At enim metuas ne ab re ſint on paulo.* Et ſuauia quę eſſent prima habere.] *Sal Quæ prima mortales ducunt. & Primus modo aa non ad Ordinem pertinet. in Eunucho, Nihil prius fortius.* Ad proximos.] *Bene ad proximos, ad q ſtat poſt filium hæreditas.* Receptes.] *Alibi, M ceptes filium, & frequentatiuo vſus eſt, quod non frequenter poterat ſe recipere.* Viuere.] *Cum vi ratione intelligas.* Vita.] *Hoc loco actus & mores. I Quem ego viderim in vita optimum, id eſt, in actu ribus.* Quæ iſta eſt prauitas?] *Deriuatio crimin eſt. Et bene optimi ſerui fungitur officio.* Ilicet. *ſemper finem rei ſignificat, vt actum eſt. Ilicet pe pen, quod ſignificat ire licet. Sic iudices de conſilio c bantur, ſuprema dicta cum præco pronunciaſſet. Il go increpatio eſt, quia interloquendo impedit Chr narrantem.* Neq; precatorem pararis.] *Alibi, catorem abeam. & precari aliquando idem, quod cari: hoc eſt à ſe crimen depellere. hinc precatio.* Nihi cenſeo.] *Succenſere is dicitur, qui cum amare deb ſus iraſcitur.* Vt periculum etiam fame mihi ſit *Quod eſt extremi miſeriarum. Etiam fame, fame antiquiſſimos in quinta declinatione nominum va tur, ex quo poteſt eſſe genitiuus caſus: quia C. Cæſar de Analogia huius die, & huius ſpecie dicendum Salluſt. in Iugurtha, Vix decima parte die reliqua.*

*us caſu.* Eſuriturus ſatis.] παρὰ προσδοκίαν, *qui eſpondemus quàm expectatur.* Non eſſe horum ror.] *Quaſi cum odio Horum dixit, & eo magis ec te filium dixit.* Cum illis fuiſti tolu *ilis ratio adoleſcenti imprudenti & parum ſtatim ſubiicit, Eſt veriſimile.* Iratum putas?] *tum, ob peccatum. Iratus eſt, qui ex aliqua re la- iraſcitur. Iracundus, ex parua vel nulla cauſa.* Id .] *Mater tibi non eſt adiutrix: & hoc propè veriſi-* Ad miſericordiam ] *Quia parentes veri filiis ci- unt* Minima in ſpe ſitus erit.] *Nam ſi non eſſe rediderit, eo miſerabilior videbitur patri, & citius ricordiam commouebitur.* Quid autem hoc?] *vox timentis.*

## ACTVS V. SCENA III.

*mbici quadrati acatalectici. Trochaici va- rij numero ſeptem.*

SOSTRATA. CHREMES.

cto, niſi caues tu homo, aliquid gnato con-
ies mali.
ideò miror, quomodo tam ineptum quid-
n potuerit tibi
in mentem. mi vir. CH. oh, pergin' mulier eſ-
lámne ego
iquam volui, quin tu in ea re mihi aduerſa-
ueris Soſtrata?
ogitem iam, quid eſt quod peccem hic, aut
nobrem hoc faciam, neſcias,
re nunc tam confidenter reſtas ſtulta? SO. e-
eſcio.
iò ſcis potius, quàm quidem redeat ad inte- Deest ... Deinde in... & ſi tollas ea- dem, rectius conſtat.
n hæc eadem oratio.
iniquus es, qui me tacere de re tāta poſtules.
o poſtulo: iam loquere: nihilominus ego hoc
am tamen.
cies? CH. verum. SO. non vides quantum mali Troch.
a re excites?
um ſe ſuſpicatur CH. ſubditum, ain' tu? SO. Octon. hyp.
cè inquam, mi vir.

CH.

Dena. cat. CH. Confitere tuum non eſſe. S. ah, obſecro
inimicis ſiet.
Iāb. tetram. catal. Egóne confitear meum nō eſſe filium, qui ſi
CH. Quid? metuis, ne non, cùm velis, conui
lum eſſe tuum? (gis credendi
SO. Quod filia eſt inuenta? CH. non, ſed qu
Dimeter. Quod eſt conſimilis moribus,
Trochaici. Cōuinces facile ex te natū: nam tui ſimilis eſ
Nam illi nihil vitii eſt relictū, quin id itidem
Tum præterea talem, niſi tu, nulla pareret fi
Sed ipſe egreditur, quàm ſeuerus, rem cum
cenſeas.

PRofecto niſi caues.] *In hac ſcena contineti quædam diſſidii inter virum & vxorem, quu moroſi atq; difficiles ſunt.* Tu homo.] *Cum conte ſtomacho pronunciandum.* Ineptum quicquai *ineptum: nam ineptum eſt quod à quouis reprel* Venire in mentem.] *Venire in mentem veteres cordationis cauſa tantum. ſed etiam recogitatior derationisq; poſuerunt.* Quod peccem.] *Noti rum impudentiam & imperitiam, quæ vt pluri rant quæ praua aut recta ſunt.* Tam confiden *cte confidenter. nam confidentia ſæpius in malai cia verò in bonā partem accipitur. Alibi, O inge fidentiam.* Neſcio.] *Sic lege, vt intelligas contra* re tanta.] *Scilicet in periculo filij.* Subditum ſe *ſuppoſitum. Iuuenalis, Tranſeo ſuppoſitos.* Ain' *Ais'ne. & eſt percontatiuum verbum.* Inimic *Hæc imprecatio vſurpatur ſic ab Ouidio, vt illiu ſit.* Conuinces.] *Verbum iudicij eſt.* Tui ſimil *plerunque filij conſimiles ſunt parentum moribu* ſeuerus.] *Nam facie ipſa videtur quandam pr oſtendere, re verò alius eſt.*

## ACTVS V. SCENA IV

*Trochaici quadrati catalectici permixtis iambicis aliquot*

CLITIPHO. SOSTRATA. CHRE

SI vnquam vllum fuit tempus mater, cum
luptati tibi

ı,dictus filius tuus tua voluntate,obſecro
memineris,atque inopis nunc te miſereſcat
(mihi.
peto & volo, parentes meos vt cõmonſtres
ſecro mi gnate, ne iſtuc in animum inducas
n,
m eſſe te. CL. ſum. S. miſeram me, hoccine
ſiſti obſecro?
i,atque huic ſis ſuperſtes,vt ex me atque hoc
s es,
: poſthac (ſi me amas) vnquam iſtuc verbum
audiam.
t ego (ſi me metuis) mores caue in te eſſe i-
ſentiam.
uos? CH. ſi ſcire vis ego dicam: gerro,iners,
,helluo,
damnoſus: crede,& noſtrum te eſſe credito.
on ſunt hæc iam parentis dicta. CH. non, ſi
pite ſis meo
tero vt aiunt Mineruam eſſe ex Ioue: ea cau-
ıgis
Clitipho flagitiis tuis me infamem fieri.
iſthæc prohibeant. CHR. deos neſcio, ego
l potero, enitar ſedulò.
id quod habes, parentes: quod abeſt,non
is, patri
odo obſequare, & vt ſerues quod labore in-
rit.
i per fallacias adducere ante oculos? *pudet
hac præſente verbum turpe: at te id nullo
o
piguit. CL. eheu,quam ego nunc totus diſ-
o mihi.
pudet? neq; quod principium inueniam ad
ndum,ſcio.

m vnquam fuit tempus.] *Adhuc filius matrē tam reddit,dum petit vt parentes commõſtret: & cilius peruenitur ad tranquillitatem omnium re-* a voluntate.] *Quaſi innuit illam de induſtria iſſe appellari filiũ.* Quod peto, & volo.] *Peto,*

*inquit,quaſi precario.nam proprie aliquid preca dicimur.* Obſecro te mi gnate.] *Verba prop deſperatæ.* Sum.] *Hæc vox ſimplex terribiliter pr tur.* Huic ſis ſuperſtes ] *Mos iurandi antiqu tum. & bene inducitur mater mitior patre, & q trix ſit in paterna iniuria filio.* Si me amas.] *blandientis matris ſunt , & quæ valde de filio ſ* Si me metuis.] *Matri dat verba ſuauia,patri ra. illa inquit,ſi me amas: hic,ſi me metuis.* Ger fraus.] *Hæc dicuntur in abiectiſſimum quemq lius precij hominem.* Gerro.] *Hinc congerro,qu dicitur,nam gerræ,nugæ ſunt. alij dicunt à corr duci.Plaut.in Perſa,Iam pol ille hic aderit,cred meus.* Helluo.] *Vorax,Catul.in Cæſ. An parum eſt.* Ganeo.] *Veteres ganeum meretricum tab xerunt, ἀπὸ τῆς γῆς, quod ipſa ſit in terra. Hinc ducitur,qui meretrices ſequitur.* Damnoſus. *poſtremum cum ſuperioribus conuenit.* Paren cet qui filium amet. Non ſi ex capite ſis mec *genti clamore pronuncianda : & ſic oſtendit Ch nō debere abiicere ſpē patris, etſi ab eo verba aſ* Aiunt.] *Bene aiūt,de re fabuloſa & ficta.* deo *Modus loquendi,præſertim iratorum.* Enitar. *mis fiam.* Inuenerit.] *Id eſt,acquiſierit. alibi, uenta mea cui dem bona* Adducere.] ἀποσιώ *ſta,noluit dicere meretricem,præſente matre.*

## ACTVS V. SCENA

*Trochaici quadrati catalect. mixtis iamb.*

MENEDEMVS. CHREMES. CLI
SOSTRATA.

ENimuero, Chremes nimis grauiter cr
 leicentulum,
Nimiſque inhumane: exeo ergo, vt pac
 hem. optumè
Ipſos video.c.chem,Menedeme cur non
Filiam, & quod dixi dotis, firmas? s o.m
 [illegible]
N[illegible] c l. pater obſecro vt mihi ign
 da veniam Chreme:

:xorem CH. egóne mea bona vt dem Bac- Iamb.tetr.
dono ſciens?
iam. ME. at id nos non ſinemus. CLIT. ſi me
ı vis pater,
SO. age Chreme mi. ME. age quæſo, ne tam Troch.
na te Chreme.
Quid iſtuc? video non licere, vt cœperam,
:rtendere. (ciat
; vt te decet. C. ea lege hoc adeo faciã, ſi fa-
o hunc æquum cẽſeo. CLIT. pater omnia
ı: impera.
rem vt ducas. CL. pater. CH. nihil audio.
me recipio:
HR. nihil etiam audio ipſum. CLIT. perii.
dubitas Clitipho?
vtrum vult. ME. faciet omnia. SO. hæc dum
s, grauia ſunt, (ter.
gnores: vbi cognoris, facilia. CL. faciã pa-
mi, ego pol tibi dabo puellam lepidam, Gnate mi eſt extra verſũ.
u facile ames,
anocratæ noſtri. CL. Rufámne illam vir- (ter.
ſparſo ore, adunco naſo? non poſſum pa-
elegans eſt: credas animum ibi eſſe. S. a-
abo.
iſtuc? quandoquidem ducenda eſt, ego-
beo propemodum,
lo. SO. nunc laudo gnate. CL. Archonidis

ıcet. CL. Pater hoc nunc reſtat. CH. quid?
o ignoſcas volo,
cauſa fecit. CH. fiat. Vos valete, & plau-

ALLIOPIVS RECENSVI.

ro Chremes.] *Interuenit perſona, cuius gra-*
*concilietur: ita vt omnia trãquilla ſint, & com-*
*t comœdiæ finis poſtulat.* Enimuero.] *Nõnun-*
*ipium eſt aliquid per iram dicturi.* Accerſi.]
*; quia proprie accerſitur vxor, dum ad virum*
e facias.] *Hac timebat ne omnia bona illi tra-*

*deret.* Obſecro.] *Nil ſignificantius. nam Orare dos petere: obſecrare verò, iratos rogare.* Scien *peius eſſet, quàm ſi neſciret.* Rufam.] *Rufus co ber idem eſt.* Elegans eſt.] *Hic ad formam ref ſæpius ad orationem, & ad verba.*

# ADELPHI.

## FABVLAE INTERLOCVTO

| | |
|---|---|
| *Mitio ſenex.* | *Demea ſenex.* |
| *AEſchinus adoleſcens.* | *Cteſipho adoleſc* |
| *Syrus ſeruus.* | *Dromo ſeruus.* |
| *Soſtrata matrona.* | *Hegio ſenex.* |
| *Pamphila nurus.* | *Canthara nutri* |
| *Geta ſeruus.* | *Sannio leno.* |

## C. SVLPITII APOLLINAI periocha in Adelphos.

*Duos cum haberet Demea adoleſcentulo*
*Dat Mitioni fratri adoptandum Aeſchin*
*Sed Cteſiphonem retinet. hunc citharistr*
*Lepore captum, ſub duro ac triſti patre*
*Frater celabat Aeſchinus: famam rei,*
*Amorem in ſe transferebat, denique*
*Fidicinam lenoni eripuit. vitiauerat*
*Idem Aeſchinus ciuem Atticam pauper*
*Fidemq; dederat, hanc ſibi vxorem fore.*
*Demea iurgare, & grauiter ferre: mox t*
*Vt veritas patefacta eſt, ducit Aeſchinu*
*Vitiatam, potitur Cteſipho citharistriam*
*Exorato ſuo patre duro Demea.*

## DONATI PROLEGOME in Adelphos Terentij.

H*Aec fabula Adelphi Palliata, vt ipſum indi ex plurali numero, cum ſit vna: ex maſcul cum ſit comœdia: ex Græca lingua, cum ſit Latin Potuit eam Terentius Fratres dicere ſed & Gra ἀδελφῶν perderet, & præterea Togata videretu mam, non ſtatim intelligeretur Menandri eſſe rentius in primis lectorem ſcire cupit: minus*

ꝑprias ſcribere, quam Græcas transferre. Eſt igi-
ndri: & à fratrum facto, quib. argumentum ni-
nen accipit. Huius tota actio cum ſit mixta ex ve-
nere, vt ferè Terentianæ omnes, præter Heauton-
nnon: tamen maiori ex parte motoria eſt. nam ſta-
as perpaucos habet L. Prodeſt autem, & delectat,
ylo. In hac primæ partes ſunt, vt quidam putant,
t quidam, Syri. Quod ſi eſt vt primas Syrus ha-
ndæ Demeæ erunt: tertiæ Mitionis, & ſic dein-
uanquam etiam ſunt qui putant primas Mitioni
ecundas Syro, tertias Demeæ. Nam quod ait Te-
enes qui primi veniunt: non ad partes quas dici-
d ordinem pertinet exeuntium perſonarum. Hæc
cætera huiuſmodi poemata, quinque actus ha-
ſe eſt, choris diuiſos à Græcis poetis, quos etſi re-
uſa iam inconditi ſpectatores minime diſtinguũt
mici, metuentes ſcilicet, ne quis faſtidioſus finito
ut admonitus abeundi, reliquæ comœdiæ fiat con-
& ſurgat: tamen à doctis veteribus diſcreti atque
, vt mox aperiemus poſt argumenti narrationem.
ologus aliquanto lenior inducitur: qui magis et-
purgando, quam in aduerſarijs lædendis eſt occu-
otaſis eſt turbulenta: Epitaſis clamoſa: Cataſtro-
quarũ partiũ rationẽ diligẽtius in principio pro-
s, cum de comœdia quadã diceremus. Hæc ſane a-
dis ſcenicis funerib. L. AEmilij Pauli, agentibus
uio, & L. Turpione, qui cũ ſuis gregibus etiam tũ
i agebant. Modulata eſt autem tibijs dextris, id eſt,
ſeram grauitatem, qua ferè in omnibus Comœdijs
hic Poeta. ſæpe tamen mutatis per ſcenam modis,
mutauit: quod ſignificat titulus ſcenæ habens ſub-
erſonis literas, M. M. C. Item diuerbia ab hiſtrioni-
ro pronunciata ſunt, quæ ſignificantur D. & M.
ecundum perſonarum nomina præſcriptis in eo loco
pit ſcena. Adnotandum ſane, quod hæc fabula
ικὸν πρόσωπον non habet, hoc eſt perſonã quæ ad ar-
ũ nihil attineat, quæq; ſit aſſumpta extrinſecus, vt
ndria Soſia. Hanc dicunt ex Terentianis ſecundo
ã, etiam tum rudi nomine poetæ: itaq; ſic pronũcia-
delphi Terenti, non Terenti Adelphi: quod adhuc

*magis de ſabulæ nomine poeta, quam de poetæ no bula commendabatur. In hac quidem ſpectatur terſit inter ruſticam, & vrbanam vitam: mitem, ram: cœlibis, & mariti: veri patris, & per adoptio cti: Quibus propoſitis ad exemplum, vitanda peri giendaq; Terentius monſtrans, artificis poetæ p fabulam obtinet laudem.*

ARGVMENTVM.

*ã in tenebris ante nuptias, cui annulum extorſe-meretricē amans dum ignorat Pamphilus duxit v-rauidam ex cōpreſſu ſuo. Quam peregre profectus, quiſſet domi, rediens parientem offendit furtim & itrem ſuam. Qua re commotus, dum repudium arentibus, & cauſam repudij neſcientibus, parat: tricem, apud quam annulus inuentus eſt, cogno-em ita à ſe vitiatam vxorem, & ex ſe natum filiũ. ictus colloquium continet meretricis Phylotidis ra cũ Parmenone: vt per harũ perſonas, quæ προ-icuntur, argumentum ſpectator diſcat. Secundi or in hoc eſt, Immeritam vxorem veluti malam accuſat Laches: & conuenit Phidippum de eadem itim poſt quorum colloquium conqueſtio induci-atæ, quod falſum crimen inuidioſumq; ſuſtineat. tui hæc aſcribuntur, Conqueſtio Pãphili peregre i; de amore ſuo circa vxorem, paritudo Philume-itæ verba ſuper ægritudinem nurus, quam mor-afflictam, fletus Pamphili errantis, cum putat filium natum eſſe. colloquium Parmenonis cum naui venientibus, vt mox loquatur cum ipſo Pã-uo in arcem mittitur, Irã Lachetis, Phidippique*

*& Pamphili verba de reconcilianda illi coniuge, &*
*ab inuicem litigioſa diſſenſio. Quartum actum l*
*plent: Perturbatio Myrrhinæ ex interuentu mar*
*iuſdem cum eo nimis callida ac muliebris aſtuti*
*ptatio. Soſtratæ, Pamphili Lachetiſque colloquiun*
*matio patris & ſoceri aduerſum Pamphilum vx*
*cuſantem. Conuentio meretricis promittentis ſe iu*
*matronis exhibituram de non admiſſo ad ſe Pamp*
*quinto actu Bacchidis narratio de intus geſtis,*
*quium cum Parmenone inducitur, quem nunci*
*ad Pamphilum, Pamphiliq́ue ad vltimum actio*
*apud ipſam Bacchidem. Docet autem Varr. neque i*
*bula, neque in alijs eſſe mirandum, quod actu*
*ſcenarum paginarumq́; ſint numero, cum hæc di*
*in rerum deſcriptione, non in numero verſuum c*
*ſit, non apud Latinos modo, verum etiam apu*
*ipſos.*

ACTA LVDIS MEGALENS. SEX. IVLI
CORNELIO DOLOBELLA AEDILIB.
MODOS FECIT FLAC. CLAVD. TIBII
BVS. TOTA GRAECA APOLODORV
EST. ACTA PRIMO SINE PROLOGO.
SECVNDO, CN. OCTAVIO, T. MANLIC
RELATA EST LVCIO AEMILIO PAVL
DIS FVNERALIB. NON EST PLACIT
TIO RELATA, Q. FVLVIO, L. MARTIC
LIB. CVRVLIB. EGIT L. AMBIVIVS,
CIVS TVRPIO. PLACVIT.

PRO

# PROLOGVS.

HECYRA eſt huic nomen fabulæ: hæc cum data eſt
Noua, nouum interuenit vitium & calamitas,
Vt neque ſpectari, neque cognoſci potuerit.
ulus ſtudio ſtupidus, in funambulo
m occuparat nunc hæc planè eſt pro noua;
ii ſcripſit hanc, ob eam rem noluit
referre, vt iterum poſſit vendere.
ognoſtis eius, quæſo hanc noſcite.
ad vos venio ornatu prologi:
xorator vt ſiem, eodem vt iure vti ſenem
quo iure ſum vſus adoleſcentior.
qui exactas feci vt inueteraſcerent,
Poeta ſcriptura euaneſceret.
uas primum Cæcili didici nouas,
ſum earum exactus, partim vix ſteti.
iebam dubiam fortunam eſſe ſcenicam:
rta, certum mihi laborem ſuſtuli:
agere cœpi, vt ab eodem alias diſcerem
tudioſe, ne illum ab ſtudio abducerem.
t ſpectarentur: vbi ſunt cognitæ,
ſunt: ita poetam reſtitui in locum
m remotum iniuria aduerſariûm
io, atq; ab labore, atq; ab arte muſica.
ſcripturam ſpreuiſſem in præſentia,
terrendo voluiſſem operam ſumere,
io eſſet potius, quàm in negocio:
iſſem facile, ne alias ſcriberet.
uid petam, mea cauſa, æquo animo attēdite.
n ad vos referam, quam mihi per ſilentium
agere licitū eſt, ita eā oppreſſit calamitas;
amitatem veſtra intelligentia
ſi erit adiutrix noſtræ induſtriæ.
imùm eam agere cœpi, pugilum gloria,
uli eodem acceſſit expectatio,
m cõnuentus, ſtrepitus, clamor mulierum

Fecere,vt ante tempus exirem foras.
Vetere in noua cœpi vti conſuetudine,
In experiundo vt eſſem:refero denuo:
Primo actu placeo:cum interea rumor venit
Datum iri gladiatores,populus conuolat:
Tumultuantur,clamant,pugnant de loco:
Ego interea meum non potui tutari locum.
Nunc turba nulla eſt:ocium,& ſilentium eſt.
Agendi tempus mihi datum eſt:vobis datur
Poteſtas condecorandi ludos ſcenicos.
Nolite ſinere per vos artem muſicam
Recidere ad paucos. facite vt veſtra autorita
Meæ autoritati fautrix,adiutrixq; ſit.
Si nunquam auare ſtatui precium arti meæ:
Et eum eſſe quæſtum,in animum induxi max
Quàm maxime ſeruire voſtris commodis:
Sinite impetrare me,qui in tutelam meam
Studium ſuum,& ſe in veſtram commiſit fic
Ne eum circumuentum inique iniqui irridea
Mea cauſſa cauſſam hanc accipite,& date ſile
Vt libeat ſcribere alijs,mihiq; vt diſcere
Nouas expediat poſthac,precio emptas meo

HEcyra eſt huic nomen fabulæ.] *A nomin*
*vt incognitam probaret,& ideo ſpectandam.*
eſt huic nomen fabulæ.] *Nominatiuo caſu figu*
*in vſu ſit, vt datiuo dicamus, quãuis præſto ſint e*
*quib. veteres per omnes fere caſus hoc genus locu*
*nunciabant.* Hecyra eſt huic nomen fabulæ.]
*ma data eſt ſine prologo ludis Megalenſibus: quos*
*lius,& Cornelius Dolabella ediderunt:ſed occupa*
*lo ſtudio funambuli,diſplicuit. Poſtea data eſt lu*
*brib. L. AEmylij Pauli: Quos fecerũt Q. Fabius M.*
*& Cornelius Africanus. Tunc quoque non per*
*per ſtudium populi circa gladiatores. Tertio a*
*mum introducta, Q. Fuluio, L. Martio ædilibus:*
*actorum L. Ambiuij, & L. Turpionis eſt com*
*ta.* Hecyra eſt huic nomen fabulæ.] *Totus hi*
*gus ſubtilem conqueſtionem continet, ob hoc, n*
*populum neglectę fabulæ reum faciat,& facile re*

*fa*

*em.*Hæc cum data eſt noua.] *Ita dicitur, data eſt a, data eſt cœna, datum eſt prandium. Et edidit, à da-endit.*Hæc cum data eſt noua, nouum interue-:ium.] *Sic & Homerus * Et dari dicitur ſabula, cũ ;Stare, cum placet.*Hæc cum data eſt noua, no-nteruenit vitiũ.] *σύλληψις prima: deeſt enim, huic, figura παρονομασία Noua nouum.* Vitium & ca-as.] *Bene ſecundum augures. Vitium enim eſt, ſi to-ium: Vitium & calamitas, ſi tonet & grandinet ſi-etiam fulminet.* Vitium & calamitas.] *Tranſ-l ab augurio, & vitio creati dicuntur conſules.* itas.] *παρὰ τὴν καλάμην dicitur clades, quia cla-: vt aliud ſit grandinis culmum frangentis, aliud aliud doli mali. ſic Probus.* Vt neque ſpectari.] *, quod non ſpectata eſt: calamitas, quod nõ cognita.* ue ſpectari, neque cognoſci.] *Mira defenſio: m non iudicio comœdia exacta eſt, ſi ſpectari cogno-on potuerit: cogniturus ſcilicet ſi audiretu.* Vt ne-ectari, neque cognoſci.] *Ideo theatrum, ideo res, ideo actores: quia maior pars in geſtu eſt quã is.* Cognoſci.] *vel probari, vel ſciri, an Hecyra ſci-ur, quæ ſcita ſit nomine?* Ita populus ſtudio ſtu-] *A deriuatione cauſæ, quia non mala, inquit, ex-: ſed quia populus funambuli admiratione obſtu-uod infra de gladiatoribus dicet, ad cõmutationem iducendam.* Ita populus ſtudio ſtupidus.] *Hic ur & populus, qui neq; iudicauit de fabula, neq; ulte errauit. Stupidus, pro ſtupens, vt, Timidiſq; nit Ægle.* Pro noua.] *Recte: iã enim nõ eſt noua.* ii ſcripſit hanc, ob eã rẽ.] *Id eſt, ob eam cauſam, cat, non iterũ acta eſt ſine cauſa. Cur ergo non poſt lũ relata eſt, vbi ille ceſſerat: in quo maluit auarũ opulo inducere, quam ſuo operi diffidentem.* Ite-ferre.] *Superuacuũ eſt.* Vt iterũ poſſit vẽdere.] *licet ludis. hoc, vt diximus, ad laudem fabulæ refe-ſtquam tantũ fiduciæ poetæ dedit.* Alias cogno-, quæſo hanc noſcite.] *Mire illi fauorẽ petit ex e ſpectatori notæ ſunt.* Eius.] *Poetæ, quaſi hæc o-ota ſit. At in Andr. quæ omnium prima eſt, ali-vt pernoſcatis, & quid ſpei ſit reliquum, poſt-*

*hac quas faciet de integro comœdias, ſpectandæ, an e. dæ ſint vobis prius.* Orator ad vos venio ornati logi.] *Magna ar te hic prologus ſcriptus eſt, & nimis rie. nam tottes exculſa fabula quomodo honeſte re potuit in proſcenium, niſi primo ipſa impudentia pr cia proferretur? atque inde actor peritiſſimus ipſe habitu baret & Poetam & Comœdiam: cuius autoritas el verbis? tum deinde ſubtiliter nouo poetæ à vetuſto gnæ autoritatis Cæcilio peteretur exemplum, & pe ingenioſiſſime: nam quod rudi Terentio contigit, a memoratur veteri Cæcilio: quod huic ſemel, illi ſæp huic in aliis nunquam, hoc illi ferè in omnibus: qui præter Hecyram & actæ, & probatæ ſunt cæteræ, i tim exactæ, partim vix probatæ. Itaque his omnibus mentis id factum eſt, vt neque deſperandum ſit rentio, quod expulſus eſt, vt nihilominus illi tantum buendum ſit, vt aut par Cæcilio, magno tunc poet vltro melior etiam eſſe poſſit. Hic tamen L. An hiſtrio fuit actor comœdiarum.* Orator ad vos v *Oratorem audire oportere, ius gentium eſt: Or non licet iniuriam pati. Ideo ergo ne expellatur, Prologum, ſed oratorem nominat. Plautus, Impi te Oratorem verberas* Eodem vt iure vti ſen ceat.] *Vt, Me liceat caſus miſerari inſontis amici.* exorator vt ſiem.] *Orator, eſt dum agit: E cum impetrauerit. Ita illud, dicentis: hoc iam effec ficationem habet. Et Orator eſt, cui cauſa def mandatur.* Quo iure ſum vſus adoleſcentior *quam illud agens adfert exempla, quibus oſtend pe non eſſe Terentio, excluſam eſſe vnam illius fa cum multorum poetarum multæ exactæ ſint, & Cæcilij, cuius illo tempore magna autoritas fuit.* ſcentior.] *Hæc comparatio minus à poſitiuo ſonat diminutiuam exprimit. vt, Iam ſenior, ſed cruda d diſque ſenectus.* Nouas qui exactas feci vt in ſcerent.] *σύνθεσις. Et inueteraſcerent, denuò age quia nondum acta, noua dicitur fabula.* Inuet rent.] *In conſuetudinem venirent, ſpectarentur, a tur* Exactas.] *Expulſas.* Ne cum poeta ſcr euaneſceret.] *Cauſa facti honeſtior eſt, nō ſe poeta*

*ſi*

*ius poemat is ca ta laborare.* In his quas primum lij didici nouas. ] *A ſimili argumentum, quod ſit mparationem artificioſam & oratoriam rerum ac arum.* Partim ſum earum exactus, partim vix ] *Vide, plus eſſe in exemplo. ſiquidem partim exactæ æcilij fabulæ, partim vix admiſſæ, cum vna Hecyra a ſit. & eſt ſenſus, Aut diſplicui, inquit, aut in alis vix placui. Partim ſum earum exactus, pro in a- ſi ... ſplendida locutio eſt. Partim, aduerbium eſt. prie locutus eſt. Nam fabulæ aiût agi dicuntur, aut* Quia ſcieb... in dubiam fortunam. ] *Non igitur culpa, ſed caſus eſt. nam ideo fortunam euentum ex- pe* incerta, certum mihi laborem ſuſtuli.] *Sen- e, & verum. nam vbi certa ſpes eſt, nihil opus eſt la- ... a vehement... S* e incerta.] *Pro ſpei incertæ. an nš* Incerta, certum. ] *Honeſta figura, quæ dicitur ... .* Eaſdem. ] *Exactas.* Cœpi.] *Difficultatem facti limen oſtendit.* Ab eodem. ] *Cæcilio ſcilicet.* Nouas ...ſe, ne illum ab ſtudio abducerem. ] *Iterum cau- eſt tis.* Perfeci vt ſpectarentur. ] *Attende quan- ndus habeat, quod non feci dixit, ſed potius perfeci: lem difficultatis oſtenderet.* Placitæ ſunt. ] *Nota ipium ſine origine verbi.* Ita poetam reſtitui in n. ] *Mire non Cæcilium, ſed poetam, vt hoc generali- oulo præſtitiſſe, non vni homini videatur.* Vbi ſunt itæ placitæ ſunt. ] *Elegans promiſſio, & hanc pla- im ſi cognoſcatur. & eſt coniectura à futuro tempore.* tui in locum. ] *Quia remotum & excluſum dixit.* e iam remmotum. ] *Geminauit* m *ſecundum an- s, qui omnes in verbis liquidas duplicabant.* Ab ſtu- tque ab labore. ] *Bene oſtendit ſe populo profuiſſe, ium poetam ad laborem reuocando, atque artem. Ab a in tertio commote audiendum eſt, vt, Hic portus alij unt, hic alta theatri Fundamenta locant alij, imma- ie columnas Rupibus excidunt, ſcenis decora alta fu- r.* In preſentia. ] *Statim vt à populo eiiciebatur.* Vt in eſſet potius, quàm in negotio. ] *Ex ipſis rerum nibus oſtendit facultatem deterrendi.* Nunc quid m mea cauſa. ] *Bene petam, & mea cauſa, quaſi o- .* Mea cauſa æquo animo attendite. ] *Commen-*

*datio perſonæ leuis per aliam perſonam grauem, ſec*
*præcepta in Rhetoricis.* Hecyram ad vos refero.]
*ſa. Principium à principali quæſtione, an cognita ſi*
*ſpectanda ſit.* Quam mihi.] *A perſona dicentis.* It
oppreſſit calamitas.] *Hoc ſuccedit pro illo, qu*
*perſona aduerſariorum, ſimul ad fortunam retulit c*
*populi. non enim dixit quod præſto erat.* Ita eam o
ſit calamitas.] *Eam calamitatem. Calamitatem re*
*nos fabulam illum dicere putaremus.* Veſtra intel
tia.] *Ab auditorum perſona.* Noſtræ induſtriæ.]
*à ſua. & bene περιφρασικῶς vſus eſt, ne diceret vos vo*
primum eam agere cœpi.] *Iam hinc narratio*
*inducitur. & vt non lædat populum, & vt defend*
*tam.* Pugilum gloria.] *περίφρασις αὐτῆ* ... *Pug*
*iam glorioſi: vt minus turpe ſit, antelatos eſſe. ſicut*
*vaſtis cum viribus effert Ora Dares, magnoque vi*
*murmure tollit, Solus qui Paridem ſolitus contende*
*tra. Hæc eſt gloria pugilum gratia funambuli.* Pu
gloria.] *Pugil dictus eſt à pugna: & pugna à pugn*
*res namq; ante vſum ferri & armorum pugnis, &*
*bus, & morſibus, corporumq; luctatione certabant.*
ſit expectatio.] *Narratio cur excluſa ſit. hoc eſt, n*
*tæ culpa deiecta eſt, nec iudicio populi: & ideo nu*
*mittenda eſt.* Pugilum gloria, funambuli eode
ceſſit expectatio.] *πολυλογία.* Expectatio.] *Deſid*
*vt Vergil. Expectate venis.* Funambuli eodem a
expectatio.] *Duplex cauſa ad vnam excluſionem a*
*tur.* Comitum conuentus.] *Vtrum eos comite*
*qui ſunt pugilum aſſectatores? an ſeruos qui domi*
*quuntur?* Studium.] *Certamen diuerſis fauentium*
mor mulierum.] *Bene mulierũ: non enim timet eas*
*ſuffragari vel refragari non licet in theatro.* Vt ad
pus exire foras.] *ne τῷ ἐξουθενισμῷ, grauẽ paſſus vi*
*iniuriam.* Vetere in noua.] *αὐτίϑετον primum.* Vet
noua cœpi vti conſuetudine.] *Niſi nouam com*
*intellexeris, non erit aperta ſententia. nam vt ſupra*
*Nunc hæc plane eſt pro noua. An à Terentio noua ia*
*ctum eſt, quia nunquam aliàs excluſus eſt? Et bene v*
*vt oſtendat turpe non eſſe, quod & aliis poetis ſæpe*
*gerit.* Refero denuo.] *Aut re abundat, aut Denuo*

mo

ſtu placeo.] *Ratiocinabiliter dixit primo, quia ſe ſunt actus partes fabulæ.* Placeo.] *Placeo dixit uod eſt, fabula placet, aut Terentius. & mire non uit pependit iudicium, ſed ſtatim placuit: vt quod r, non iudicio, ſed perturbatione factum ſit.* Quum i rumor venit datum iri gladiatores.] *Hoc ab-ì noſtra conſuetudine: verumtamen apud antiquos ores in theatro ſpectabantur.* Datum iri.] *Datum , vt fabulam commendet: & omnia ſpectatori & licantur.* Non potui tutari locum.] *Facete re-um.* Nunc turba nulla eſt.] *ἀνταπόδοσις ἀντὶ τοῦ iātur.* Turba.] *Id eſt, θόρυβος.* Nunc turba nul-otium & ſilentium eſt.] *Turbam retulit ad id ra dixit, Populus conuolat, tumultuantur: Otium , Pugnant de loco: Silentium ad illud quod dixit, mulierum. Otium, πρὸς τὸ pugnāt: Silentium, πρὸς nt.* Nunc turba nulla eſt: otium & ſilentium *uæ adhortatio per enumerationem.* Agendi tem-hi datum.] *Ab Aedilibus ſcilicet.* Vobis datur s condecorandi ludos ſcenicos.] *Quaſi ali-s populus cum ſpectet.* Nolite ſinere per vos.] *ανοίας.* Artem muſicam.] *Oratorie, quaſi non cauſa agatur, ſed artis muſicæ.* Meæ autoritati.] *n ſenex eſt.* Meæ autoritati fautrix adiutrixq; *a Terentium probo, & eſt figura ἀναλογία. Vult eſſe eius autoritatis, vt & populo placere iam de-ipſi placet.* Si nunquam auare.] *Commendatio ictis, id eſt, à perſonæ attributis.* Si nunquam a-*A meritis defenſoris argumentum ad laudem fa-*nunquam auare. *Per hæc verba Terentius vult rare, quam grauis autor ſit, qui ſuas comœdias ic Horatius, Ea cum reſpondere coneris Quæ gra-ius, quæ doctus Roſcius egit.* Et eum eſſe quæ-animum induxi.] *Modo non Nunquam ſubau-Si, vt ſit, Et ſi eum eſſe, &c.* Quam maxime ſer-ris commodis.] *Plus dixit commodis, quam ſi oluptatibus.* Maximum quam maxime.] *Ini-ui παρόμοιον.* Sinite impetrare me qui in tute-am.] *Ordo eſt, Sinite impetrare me, ne eum cir-um inique iniqui irrideant, qui in tutelam*

*meam ſtudium ſuum, & ſe in periculum commiſit* Mea cauſa.] *Quaſi orator, cauſam dixit.* Mea cauſ ſam hanc incipere.] *Hoc orator e, ſic enim ſit cu ſona pro perſona ad commendationem affertur* Et d lentium] *Quaſi fabulæ ac poetæ.* Mea cauſa cau παρονομασία. Vt libeat ſcribere aliis.] *Oratorie* * que vt diſcere expediat.] *Proprie diſcere. doc poeta, diſcit ſcenicus.* Nouas expediat poſthac.] *tili argumentatio eſt. & bene, vt expediat tanqu cturus ſit: & ſi non expedierit, dum quæſtum ma ſeruire populo putat.* Precio emptas meo.] *Aeſt ne à me facta quantum Aediles darent: & proinde viclitante, ſi abiecta fabula, à me precium quod po meruerint, repetant. Ergo Meo, à me facto, à me nam quomodo alibi dixit, poſtquam Aediles emer bene, vt ſequatur populus iudicium eius, qui æſtim re fabulas potuerit.* Precio emptas meo.] *Vt volunt, periculo.*

# ACTVS PRIM

## SCENA PRIMA.

PHILOTIS, *meretrix.* SYR. *anus.*

Senarij. PERPOL quàm paucos
meretricibus
Fideleis euenire amatores, S
Vel hic Pamphilus iurabat
Bacchidi,
Quàm ſancte, vt quiuis facil
credere,
Nunquam illa viua ducturum vxorem dom
Hem duxit. SY. ergo propterea te ſedulo
Et moneo, & hortor, ne cuiuſquam miſere
Quin ſpolies, mutiles, laceres, quemquam n
PHIL. Vtin' eximium neminem habeam? s
minem.
Nam nemo illorum quiſquam, ſcito, ad te

ita paret ſeſe, abs te vt blanditiis ſuis
n minimo precio ſuam voluptatem expleat.
ie tu amabo, non contra inſidiabere?
'amen eandem pol eſſe omnibus iniurium eſt,
iurium eſt autem vlciſci aduerſarios?
a via captent te illi, eadem ipſos capi?
me miſeram, cur non aut iſtæc mihi
& forma eſt, aut tibi hæc ſententia?

el quam paucos reperias meretricibus fide.] *Nouo genere hic vtraque προτατικὰ πρόσωπα in-* *:ur. Nam & Philotis & Syra non pertinent ad ar-* *tum fabulæ. Hoc autem maluit Terentius, quàm* *prologum narraret argumentum, aut θεὸν ἀπὸ* *induceret loqui.* Perpol quam paucos repe. *Hæ perſonæ Terentij more extrinſecus aſſumuntur:* *gumenti obſcuritatem ſpectator effugiat.* Perpol paucos.] *Animaduertendum eſt in hac fabula* *um bonam meretricem inducturum, ne id contra* *videatur facere, etiam aliam meretricem non ma-* *'ucere: vt id exemplis fiat tritius, & vſu veriſimile.* quam paucos.] *Ordo eſt, Pol perquam paucos* *r: nam perpol non eſt latinum, ſed κατὰ τμῆσιν, per-* *.nimio.* Quàm paucos.] *Quidam non paucos, ſed* *'egunt. ſic enim Apollodorus.* Reperias.] *Aptum* *ad raritatem, & ideo non dixit Pauci ſunt, ſed* *reperias, quaſi quærens: non autem reperitur, ni-* *quæritur: non quæritur, niſi quod præſto non ſit.* s.] *Huiuſmodi ſententias rhetores διανοίας vocant,* *;non eſſe, ſed euenire dixit, vt non rationis, ſed ca-* *l, quod rariſſimum eſt.* Fideles.] *Fidi in maximis,* *in minorib. negotiis.* Vel hic Pamphilus.] *Tranſi-* *nerali ſententia ad ſpecialem. Vel, nunc veluti: a-* *iunctio diſiunctiua eſt, aliàs corruptionem ſigni-* *vt apud Ciceronem, vel optimam Meſſanæ vitam.* *us, Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam. Aut* *modo.* Iurabat quoties Bacchidi quam ſan- *'ria ſunt, quod iurabat, & quoties, & quàm ſan-* *od totum de more amatorum & meretricum di-* *æ iureiurando teneant, quos lege non poſſunt.* Vt

quiuis.]

quiuis. ] *Non modo Bacchis, quæ amica erat.* Nunc
illa viua ductarum vxorem.] *Ita * id eſt, iurans*
*iurabat, Nunquam illa viua vxorem ducturum.* E
xit.] *Pronuncia ita vt mirantem oſtendas.* Ergo prc
ca.] *Modum ergo, affectum exprimere reprehen*
*tarde ſibi conſentientem, ſic Vergilius, Ergo age cha*
*ter ceruici imponere noſtræ.* Propterea te ſedulo
*dulo, inſtanter, & ex animo, vel ſine dolo.* En dixit
*aduerbium demonſtrantis eſt, vt, En alter.* Et m
& hortor.] *Monemus conſilio: Hortamur impulſu*
cuiuſquam miſereat.] *Deeſt te.* Quin ſpolies,
les, laceres.] *Quin pro minus. Et magna perſuaſio*
*malefaciendum.* Spolies.] *Spoliare eſt non mi*
*partem auferre: Mutilare, aliquid detrahere, ſi*
*res eſſe non poſſit: Lacerare autem cum omnino n*
*beas quod imminuas. vnde mutili dicti ſunt boue*
*capri, ſine cornibus. nam male qui à multa putant*
*inde Mulciber Vulcanus, quod mutilatus ac debili*
*proprie Mulciber dictus eſt, quod omnia mulceat,*
*molliat ac vincat.* Vtin' eximium neminem hab
*Vtin' pro vt ne,* ἀποστροφός. *& perſeuerat in* ἀλληγορί
*eximia pecora dicuntur, quæ à grege excepta ſun*
*ſus dominorum, vt vberius paſcantur. Sed prop*
*mij ſunt porci maiores, qui ad ſacrificandum exc*
*berius paſcuntur. Etenim boues qui ad hoc elect*
*egregij dicuntur: & oues lectæ, vt Vergilius, M*
*lectas de more bidentes. Ita & porci eximij.* Vti
mium.] *Deeſt, cenſes, vt ſit, censéſne vt eximi*
*minem habeam? vel certe mones.* Vtin' eximium
*paratum ex omnibus. Propriè eximius porcus e*
*emptus à grege, atque ſignatus macula aut nota*
beam.] *Deeſt cenſes, aut vis, aut mones.* Na
mo quiſquam.] παρέλκον *tertium: nam a*
*Quiſquam.* Scito, ad te venit.] *Bene addit*
*ſcito: & moraliter, & acutius pronunciandu*
*enim verbum illorum qui familiares corrigunt.*
ita paret ſeſe.] *Hoc verbum paret, aduerſum*
*ficos & ſegnes ſumitur. Vt alibi, An paraſti te vt ſp*
*la reliqua in te ſit tibi?* Abs te.] *Pro ex te.* Suam
ptatem expleat.] *Bene expleat, quod contrarium*

*amatorem voluptate ſatiari.* Hiſcine.] *ἐρώτησις. talibus : & vide ſi pulchra meretrix puella eſt.* In-ere.] *Inſidiari malum eſt : ſed contra inſidiari in-t.* Tamen eandem pol eſſe omnibus, iniurium *em aliter & vehementius intulit. nam peius eſt eſſe omnibus, quàm nullum excipere.* Iniurium.] *m. Iniurium autem indignantis modo ſignificatio vim aduerbij habet.* Vlciſci aduerſarios?] *De luerſarios mutato nomine poſuit. durũ enim fue-matores diceret.* Qua via captent te illi.] *Qui te ſæpe, tu eos vel ſemel cape.* Eheu me miſeram.] *ia non perſuaſit : ſed affectum doloris expreſſit. In-r enim ex vultu eius, nõ eam perſuaſiſſe quod vo-*teũ me miſeram, cur non aut iſtæc mihi ætas, ia eſt.] *ἐμπαθῶς ait quod reliquũ eſt : quia quod perſuadere non potuit. Et bene iſtæc ætas & for-a vtrunque non habet, & mirè è contrario deſcri-deformitas lenæ, & formam & voluntatem ma-*[illegible] Aut tibi hæc ſententia.] *δεικτικῶς : ſi-oſtendit ſecundum φυσιογνωμικοὺς difficilem de-reperiri bonum.*

## ACTVS I. SCENA II.

[illegible] MENO *ſeruus.* PHILOTIS. SYRA.

tſi quæret me, modo iſſe dicito — Senarij.
portum percontatum aduentum Pamphili;
quid dicam Scirte? ſi quæret me, vti
icas: ſi non quæret, nullus dixeris:
t vti poſſim cauſa hac integra:
leone ego Philotin? vnde hæc aduenit?
s, ſalue plurimum. PH. ô ſalue Parmeno.
ue mecaſtor Parmeno. PA. & tu ædepol Syra.
hi Philotis vbi te oblectaſti tam diu?
nime equidem me oblectaui, quæ cum milite — Proceleuſm
hum hinc ſum profecta inhumaniſſimo:
o ibi perpetuum miſera illum tuli.
depol te deſyderium Athenarum arbitror
on cepiſſe ſæpe, & te tuum
ium contempſiſſe. PH. non dici poteſt
cupida eram huc redeundi, abeundi à milite,

Vosq;

Vosq; hic videndi, antiqua vt conſuetudine
Agitarem inter vos libere conuiuium.
al. illi. Nam * illic haud licebat, niſi præfinito loqui
Quæ illi placerent. PA. haud opinor commod
Finem ſtatuiſſe orationi militem.
PH. Sed quid hoc negoti eſt? modo quę hęc na
Hic intus Bacchis? quod ego nunquam credic
Fore, vt hac ille viua poſſet animum inducere
Vxorem habere. PA. habere autem? PH. eho t
non habet?
PA. habet: ſed firmæ hæ vereor vt ſint nuptiæ.
PH. Ita di deæq; faxint, ſi in rem eſt Bacchidis.
Sed qui iſtuc credam ita eſſe? dic mihi Parmen
PA. Non eſt opus prolato: hoc percontarier
Deſiſte. PH. nempe ea cauſa, vt ne id fiat palar
Ita me di bene amabunt, haud propterea te ro
Vt hoc proferam, ſed vt tacita mecum gaudea
PA. Nunquam dices tam cōmode, vt tergum r
Tuam in fidem committam. PH. ah noli Parm
Quaſi non tu multo malis narrare hoc mihi,
Quàm ego quę percōter, ſcire. P. vera hæc præ
Et illud mihi maximum vitium eſt, ſi mihi fid
Das te tacituram, dicam. PH. ad ingenium red
Fidem do, loquere. PA. auſculta. PH. iſtic ſum
hanc Bacchidem
Amabat, vt cum maxime, tum Pamphilus,
Cùm pater vxorem vt ducat orare occipit.
Et hæc communia omnium quæ ſunt patrum
Se ſenem eſſe dicere: illum autem eſſe vnicum
Præſidium velle ſe ſenectuti ſuæ.
Ille primo ſe negare: ſed poſtquam acrius
Pater inſtat, fecit animi vt incertus foret,
Pudorine, án ne amori obſequeretur magis.
Tundendo atq; odio deniq; effecit ſenex:
Deſpondit ei gnatam huius vicini proxumi.
Vſq; illud viſum eſt Pamphilo neutiquam gra
Donec iam in ipſis nuptiis, poſtquam videt
Paratas, nec moram vllam, quin ducat dari:
Ibi demum ita ægre tulit, vt ipſam Bacchidem
Si adeſſet, credo ibi eius commiſereſceret.

Vt

nq; datum erat ſpacium ſolitudinis,
loqui mecum vnà poſſet: Parmeno
quid ego egi? in quod me conieci malum?
otero hoc ferre Parmeno, perii miſer.
te di deæq; perduint cum iſtoc odio Laches.
ad pauca redeam, vxorem deducit domum.
illa prima virginem non attigit:
onſecuta eſt nox, eam nihilo magis.
uid ais? cum virgine vnà adoleſcens cubuerit
potus, ſeſe illa abſtinere vt potuerit? al. potùs.
eriſimile dicis: nec verum arbitror.
edo ita videri tibi: nam nemo ad te venit,
piens tui: ille inuitus illam duxerat.
uid deinde fit? PA. diebus ſanè pauculis
mphilus me ſolum ſeducit foras,
q;, vt virgo à ſe integra etiam tum ſiet:
te, quàm eam vxorem duxiſſet domum,
e eas tolerare poſſe nuptias:
am decrêrim me non poſſe diutius
, eam ludibrio haberi Parmeno,
ntegram itidem reddam, vt accepi à ſuis,
oneſtum mihi, neq; vtile ipſi virgini eſt.
m ac pudicum ingenium narras Pamphili.
c ego proferre, incōmodum eſſe mihi arbitror:
patri autem, cui tu nihil ducas vitii,
um eſt: ſed illam ſpero, vbi hoc cognouerit,
oſſe ſe mecum eſſe, abituram deniq;. (die.
id interea? ibátne ad Bacchidem? PA. quoti-
it, poſtquam hunc alienum ab ſeſe videt,
a multo, & magis procax facta ilico eſt.
edepol mirū. P. *atqui ea res multo maxime al. atque.
cit illum ab illa: poſtquam & ipſe ſeſe,
a, & hanc, quæ domi erat, cognouit ſatis,
mplum ambarum, mores earum exiſtimans,
a vti liberali eſſe ingenio decet,
, modeſta, incommoda atq; iniurias
ineis ferre, & tegere contumelias.
mus partim vxoris miſericordia
us, partim victus huiuſce iniuriis,
m elapſus, Bacchidi, atq; huic tranſtulit

Amo-

Amorem, poſtquam par ingenium nactus eſt.
Interea in Imbro moritur cognatus ſenex
Horum: ea ad hos redibat lege hæreditas.
Eò amantem inuitum Pamphilum extrudit p
al. reliquit. Relinquit cum matre hic vxorem. nam ſenex
Rus abdidit ſe: huc raro in vrbem commeat.
PH. Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ?
PA. Nunc audies: primum, dies complusculo
Bene conueniebat ſanè inter eas: interim
Miris modis odiſſe cœpit Soſtratam:
Neq; lites vllæ inter eas, poſtulatio (c
Nunquam. PH. quid igitur? PA. ſi quãdo ad e
Confabulatum, fugere è conſpectu ilico:
Videre nolle: denique vbi non quit pati,
Simulat ſe à matre accerſi ad rem diuinam: al
Vbi illic dies eſt complureis, accerſi iubet.
Dixere cauſam tunc neſcio quam: iterum iub
Nemo remiſit. poſtquam accerſunt ſæpius,
Aegram eſſe ſimulant mulierem: noſtra ilico
It viſere ad eam: admiſit nemo. hoc vbi ſenex
Reſciuit: heri ea cauſa rure huc aduenit:
Patrem continuo conuenit Philumenæ.
Quid egerint inter ſe, nondum etiam ſcio.
Niſi ſanè curæ eſt, quorſum euenturum hoc ſ
Habes omnem rem: pergam quò cœpi hoc it
PH. Et quidẽ ego: nam cõſtitui cum quodã h
Me eſſe illum conuenturam. PA. dii vortant l
Quod agas. PH. Vale. PA. & tu bene vale Phil

SEnex ſi quæret me, modo iſſe dicito ad po
*Hoc ſeruus dixit, in ſcenam de proſcenio reſpicie*
nex ſi quæret me.] *Duæ coniecturæ ſunt in hac ſ*
*veræ ſint nuptiæ: & an veriſimile ſit, abſtinere pot*
*doleſcentem à virgine, ſibi nuptũ tradita.* Senex ſ
ret me.] *Magis expreſſit conſuetudinem, dicendo*
*quàm ſi diceret, dominus maior.* Senex ſi quæret r
*ex verbis ſuis tam meretrix quàm lena deſcripta eſt*
*Parmeno ipſe, qualis ſit oſtenditur ex ſua locution*
*eundi autem cauſa de argumento ſumitur: quia Pa*
*lus abſens eſt, & expectatur in dies eius aduentus*

con

tum aduentum Pamphili.] *Honeſtam cauſam di-* *eſt, Pamphili aduentum. Et percuntatum, & per-* *um ſcribitur, ſed percontatum à conto dicitur, quo* *vtuntur ad exploranda loca nauibus opportuna. ſi* *reunctatum, ab eo quod à cunctis perquiratur, di-* Senex ſi quæret me, modo iſſe dicito ad por- *Hæc omnia ſubmiſſa & veloci pronunciatione effe-* *runt. hoc enim deſiderant huiuſmodi verba, vtpote* *i, & feſtinātis.* Audin' quid dicam Scirte.] *Au-* *lo ſentis, intelligis, vt Verg. Progeniē ſed enim Tro-* *ſanguine duci Audierat. Item alibi, Neque audit* *habenas.* Audin' quid dicā Scirte?] *Audis mo-* *iduertis.* Scirte ] *κωφὸν πρόσωπον inducitur.* Au- id dicam Scirte?] *Conuenit nomen ſeruo puero,* *σκιρτᾶν, quod eſt geſtire & ludere.* Nullus.] *Pro* as vt vti poſſim.] *Inter alias & alia hoc intereſt:* *as alio tempore ſignificat: alia aliter, aut per alia.* i.] *Non dicta.* Sed videon' ego Philotion?] *Mi-* *ua eſt cauſa narrandi, ideo quia peregre venit me-* *lia,* quaſi Athenis omnia eſſe ſciret.* Sed videon' ilotion?] *Sic ſolet dubitari, aduenientibus ipſis* *eſt multum temporis interuallum vident.* Vnde uenit?] *Cum quodā contemptu eius hæc dicit Par-* al.ae mecaſtor Parmeno.] *Olim ſalutantes ad-* *uſiurandum, vt hoc ſe dolo facere videretur.* Me.] *ectio eſt, & abundat: aut poſitum eſt pro μὰ. ſyl-* *Græci μὰ τὸν Ἀπόλλωνα dicunt.* Et tu ædepol Sy- *ſit, ad caſtor addendo ædepol, & quod ille Parme-* *ic addidit Syra.* Syra.] *Sura veteres legerunt, u* *nentes: & Muſia, Suria.* Dic mihi Philotis.] *ntiam, ſupra Philotion, hic Philotis dixit.* Vbi te ſti tam diu?] *Facete dictū meretrici: non vbi fui-* *ri te oblectaſti.* Minime equidē me oblectaui.] *us proferendum eſt: & reſpondet πρὸς τὸ Te.* Co- hinc ſum profecta.] *Hinc magnum oſtēdit do-* *re Philotion, quod relictis Athenis Corinthi ha-* t. Cum milite hinc ſum profecta inhumaniſ- *Aul. a dixit, & milite, & hinc, & inhumaniſſimo.* niſſimo.] *Quid potuit de milite dici, niſi in ſu-* *i: namq; omnis miles inhumanus: hic vero, inhu-*

* al. quæ ſi Athenis eſſet omnia ſciret.

*maniſſimus.* Corinthum hinc ſum profecta.] *H*
*gumenta ſunt, an ſe oblectare poterit, à perſona. qu*
*les inhumaniſſimus: à loco, quod hinc profecta: à te*
*quod biennium: à re, id eſt, ab iniuria quā intulit.*
nium ibi perpetuum.] *Vt continuationem ſui c*
*ſtenderet, perpetuum dixit.* Miſera.] *Muliebris in*
*tio, τὸ miſera.* Illū tuli.] *Non, cum illo fui, ſed tuli:*
*me oblectaui.* Deſideriū Athenarū.] *Quod Cori*
*profecta es.* Athenarum arbitror.] *Quod dixit h*
*te.* * *Athenarū. ἀμφιβολογία, te deſiderium cæpiſſe.*
pol te deſiderium Athenarū arbitror cepiſſe
*Quod cū milite inhumaniſſimo.* Conſiliū conte
*Pœnitudine eſſe poſſeſſam.* Huc redeundi.] *Iterum*
Abeūdi à milite.] *A perſona.* Voſq; hic vidēdi.
Redeundi, abeundi, voſq; hic videndi.] *Orati*
*rem in tria diuiſit, huc redeundi, abeundi à milite,*
*hic vidēdi: vt diceret: huc veniēdi.* Niſi præfinito l
*A tempore. Hic oſtendit quod dixit ſupra, Tuli. &*
*agitare conuiuium libere.* Agitarē inter vos libe
uiuium.] *Inter agere & agitare hoc intereſt: qu*
*eſt aliquid vel neceſſarium facere: agitare volup*
*Ergo agitarem, exercerem.* Nam illic haud lice
præfinito loqui.] *Legitur & illi: vt ſit circumfl*
*centus, & ſignificet illic. vt illi mea triſtia facta,*
*tutum eſt.* Præfinito.] *Deeſt tempore, aut quid*
præfinito loqui quæ illi placerent.] *Duo a*
*præfinito, & quæ illi placerent: vt neq; quantū ve*
*quod vellet, diceret.* Haud opinor cōmode. *C*
*blande, bene. vt, Nunqua tam dices cōmode.* Finē
orationi militem.] *Argute militem, quia quaſi*
*ſit orationi, quæ in pace plurimum poteſt.* Sed q
negoti eſt?] *Hic ad argumentū nunc deſcendit.*
*mione, Sed quid tu es triſtis? prælatis ſcilicet allocu*
*& ſeparatarū, & permiſtarum perſonarū, ne tem*
*gumentum veniens, non agere fabulam ſed narr*
*retur.* Quid hic negoti eſt?] *Bene addidit negot*
*geret inuidiam facti: nam potuit dicere, Quid hoc*
*vt diximus ad inuidiam & magnitudinem rei, N*
*xit.* Quæ narrauit mihi.] *Quæ, qualia ſcilicet &*
Modo quod narrauit mihi.] *Quæ legendum*

a & quanta. & hoc ἐν ἀπεχνῶς. Quod ego nun- credidi.] Quod totum cum inuidia pronunciandū ex meretricis, quæ facinus indignū nuptias putat. Vt lle viua poſſet.] Mire oſtendit ex iiſdem verbis ean- ante eſſe quam ſupra dixit, Nunquā illa viua vxorē rum. Poſſet animū inducere.] Quaſi in rem durā manē. Habere autē?] Oſtendit pronunciatione quod eſt, vt nō habeat. Sed firme hæ vereor vt ſint nu- ] Bene pro perſona ſerui, qui vult dominum vxorium gis, quā amatorem Bacchidis. Vt.] Ne non. Sed fir- æ vereor.] Animaduerte Terentium in nuptiis hoc n ſeruare, vtrū firmas an infirmas dicat nuptias. Si n eſt Bacchidis.] Bene additū, Si in rem eſt Bacchi- oſtenderet ſe non malignitatis, ſed beneuolentiæ cauſa ota ſuſcipere. In rem.] Pro vtilitate: Ab re, contra tem. Sed qui iſtuc credam.] Id eſt, nuptias eſſe as. Sed qui iſtuc credam ita eſſe? dic mihi Par- .] Superiore voto excuſauit crimen curioſitatis: iam r poſt Bacchidem audire velle. Non eſt opus pro- oc percontarier deſiſte.] Vide quā conuenienter um id agat vt narrantē Parmenonem inducat, tamē diuerticulis morales facetias internectat. Non eſt prolato, hoc percōtarier deſiſte.] Incerta diſtin- rū prolato hoc, an hoc percōtarier. Ita me di bene ant.] Pro ament. vt, donec regina ſacerdos, Marte geminā partu dabit Ilia prolem. Vt hoc proferā.] n. Bacchidi ſcilicet, vel cuilibet. Mecū gaudeam.] ,intra me. Vergil. Hæc ſecum. Nunquā dices tam de.] Hæc pronunciatio eiuſmodi eſſe debet, vt ex ea at prope deletum Parmenonem, vix ſe poſſe cōtinere rret. Nunquam dices tam cōmode.] Quaſi ex beſactus eſt: ſic enim loquitur. Ah noli Parme- rtificioſe ſe fingit audire nolle, vt taciturna credatur rit: quia curioſitas ſignū eſt loquacitatis. Sic Horat. tatorem fugito. nam garrulus idem eſt. Quaſi tu ulto magis.] Deeſt ita dicis: vt ſit, ita dicis quaſi. c Philotis non eſt irritatior, hac tali dicite, vt magis ad dicendum prouocet. Quaſi tu multo ma- rare hoc mihi.] ἔλλειψις. deeſt enim, ita grauā- rè: aut quā negas te eſſe locuturum. Et illud mihi

vitium eſt maximum.] *Seruile vitium eſt, tacer poſſe.* Vera prædicat, & illud mihi maximum vi *Hæc lentius apud ſeſe, illud clare.* Si mihi fidem *Etiã alia ſe habere vitia exceptione ſignificat, in hoc dicit, Illud mihi vitium maximum eſt.* Si mihi fi das.] *Animaduerte his dilationibus etiam ſpecta ſuſpendi quo libentius audiat.* Si mihi fidem das *deliter, pro des.* Ad ingenium redis.] *Quia à ſe di rat, ſi taceret. Cicero, Redit ad ſe.* Hanc Bacchidem bat, vt cum maxime.] *Eiuſmodi eſt hæc tota narra defenſionem adoleſcentis continere videatur: quod tricem amicam neceſſitate coactus deſeruerit. Mire vnde quæſtio eſt, inde cœpit. Amabat, inquit Bacc Sic & in ſecundo Vergilius, an fortiores Græci Tro Fracti bello, inquit, fatiſque repulſi Ductores Da* Bacchidem amabat.] *Ordo & ſenſus hic eſt, Han chidem tum amabat Pamphilus, vt cum maxime ar cum pater vxorem vt ducat orare occipit. Et Vt p pro Quemadmodum. Et maxime bis numero ſubau Et cum maxime, vna pars orationis eſt, aut cum n pro nimis.* Cum pater.] *Cum modo aduerbium e quando.* Orare occipit.] *Maxima neceſſitas eſt, pater.* Et hæc communia omnium.] *Quid ſi in eſt quod orabatur? oſtendit iuſtum & frequentat. dicebat pater.* Se ſenem eſſe dicere.] *Omnem adoleſcenti ſenex amputauit pro ſuo ſenili comm gans. potuiſſet enim adoleſcens dicere: Quam pro ram geris, hanc precor pro me deponas.* Senem eſſ re.] *Illud poſſet agere amator contra vtilitatem ſu non poterat filius contra vtilitatem patris. Ergo v ret pater ſuam cauſam interponebat.* Præſidium ſe ſenectuti ſuæ.] *Præſidium ſenectutis, ſobolem ceſſorem dicit.* Sed poſtquam acrius pater inſta *dicit, & acrius, & pater, & inſtat.*

Sed poſtquam acrius pater inſtat.] *Poſtqu quit, pater acrius inſtat, non compulſus eſt Pam ſed tantum deliberauit.*

Pater inſtat.] *Maioris eſt cum pater inſtat, quà rogat.* Pudorine ànne amori obſequeretur m *Sic oſtendit in vtramque partem, vt tandem in*

*ſti adoleſcentis pudor amorẽ vincere debuiſſet.* Pudo-
,ánne amori.] *ἀνακόλουθον, non n. præpoſito Vtrũ, in-*
*', An'ne.* Pudoríne ánne amori.] *Latens excuſatio-*
*atio explicata eſt.* Pudori.] *Patris ſcilicet.* Amori.]
*etricis.* Tundendo atque odio.] *Tundere, eſt ſæpius*
*repetere. tranſlatio à fabrorum malleo.* Odio.] *Aſſi-*
*tte. Attendenda eſt difficultas vniuſcuiuſque verbi.*
dendo atq; odio deniq; effecit.] *Deniq; temporis*
*tudinem ſignificat. Efficimus, quod cum magno cona-*
*· molimine facimus, vixq; per nos finem accipit.* Tun-
do atq; odio denique effecit ſenex.] *Mire inter-*
*t moras, ad poſtremum confeſſurus vxorem ductam.*
*o inquit, negauit: poſt, deliberauit: ad poſtremũ, du-*
*Non inquit, ipſe: ſed effecit hoc ſenex. Ita mutatione*
*næ totam voluntatem adoleſcentis abſoluit.* Deniq;
it.] *Oratorie tempus appoſuit. nam hoc ſignificat De-*
Odio.] *Hoc eſt, inſtantia.* Deſpondit ei gnatam.]
*non hic dici, Duxit vxorem Pamphilus: ſed totum ad*
*m referri.* Neutiquam.] *Non nimis.* Donec iam in
nuptijs.] *Nota locutionem ſenſu magis quam verbis*
*'eſtam.* Donec iam in ipſis nuptijs.] *Deeſt, poſitus,*
*tutúſve, ita doluit, & ægre tulit. Aut repetere debe-*
*ſic, In ipſis inquam nuptijs.* Donec iam in ipſis nu-
] *In mentione nuptiarũ efferueſcit animus amatoris.*
norã vllã quin ducat dari.] *Vbi nec aliquã dieou-*
*el dilationem videt ad nuptias.* Quin.] *Quo minus.*
:mũ.] *Deniq;, poſtremo. Et mire additum eſt Ibi, quia*
*pendebat in ipſis nuptijs. & ſic eſt, quaſi dixiſſet, In i-*
*quam nuptijs.* Demum ita ægre tulit, vti ipſam
aidẽ, ſi adeſſet, credo, ibi eius cõmiſereſceret.]
*πεϱβολικῶς, vt Verg. Vel Priamo miſeranda manus.*
ſam Bacchidem.] *Quæ nunc accuſatrix eſt, & eſt*
*nentum ab animo.* Aegre tulit.] *Idem Vergilius,*
*talia fando, Myrmidonum, Dolopúmve, aut duri*
*Vlyſſi, Temperet à lachrymis.* Credo ibi.] *Ibi, per*
. Vt colloqui mecum vnà poſſet.] *παϱέλκον ter-*
*& argumentũ à perſona quod ait, mecũ.* Parmeno
] *Argumentum à dictis: quod ait, Parmeno perij.*
eno.] *Moraliter, & antonomaſtice nomen repetit.*
*nificanter fecit, non addendo Dicebat, & in μιμητι-*

*[illegible] tranſ[illegible]ndo. Et mire interpoſuit no* *vt affect[illegible] oſtenderet. Sic Vergil. Anna fa* *enim.* Parmeno perij miſer.] *ἐν ἤθει repetit nomen.* te dij, deæque perduint.] *Obtinuit, & perſuaſit ſe* *nam [illegible] meretrix ſeni iraſcitur, non Pamphilo.* ( iſtoc odio.] *Cum inſtantia ac moleſtia.* Vt ad p redeam.] *Tanquam multa ſint, quæ de Pamphili* *re di[illegible] poſſint.* Vt ad pauca redeam ] *Præceptum* *torium in longa narratione pro veritatis inquiſitione:* *dat enim auditorem acriorem, quem ſpes finis recipit* *gatum.* Vxorem deducit domum.] *Vxor dicitu* *ab vngendis poſtibus, & figenda lana, id eſt, quod* *puellæ nuberent, maritorum poſtes vngebant, ibiq* *nam figebant: vel quod lotos maritos ipſæ vngebant,* *rei teſtis Ennius, Exin Tarquinium bona fœmina* *& vnxit.* Nocte illa prima.] *Pronunciandum ac* *Illa prima: quaſi dicat plena deſiderij plena cupiditat* *militer addidit Virginem, & expreſſe, non attigit.* N illa prima.] *Quaſi dicat, plena amoris, & plena c* *dinis, vt mirum ſit quod infertur, non tactam virg* *Et hic argumentum eſt quanta fecerit Pamphilus er* *amicam ſuam.* Virginem non attigit ] *Virginem e* *ors eſt: quamuis non amatam, virginem tamen: & n* *xit, non amplexus eſt: ſed, ne attigit quidem.* Quæ ſecuta eſt nox.] *Eam primam noctem ſcilicet.* N magis.] *Quaſi nihilo poſſet eſſe magis aut minus. Et* *lo magis aſſeuerationis eſt.* Quid ais? cum virgine *Inueniuntur quaſi interiectio vnà, id eſt, ſimul. vn* Cum virgine.] *A perſona* Vnà.] *A loco.* Adoleſc *A perſona.* Cubuerit.] *Ab habitu & occaſione.* Plu rus.] *Ab impulſione & ex accidentibus.* Cum virgi nà adoleſcens cubuerit.] *Argumenta in coniect* *neceſſario poſita, quibus Terentius ex vtraque part* *ſpectans, τὸ ἀπίθανον purgat, ne quis illum ſtulte ha* *fuiſſe iudicaret. Hæc enim meretrix tarde credit* *mentis, ne à Parmenone vincatur. Hinc eſt quod a* *rat. Vincere Cæcilius grauitate, Terentius arte.* veriſimile dicis.] *[illegible] peruerſa. prius eſt enim* *rum, deinde veriſimile. Sed ideo ſic dixit, quia eſ* *non veriſimile, verum tamen. vt, Decios pro alieno*

*mori voluiſſe.* Non veriſimile dicis.] *Hoc iam plus ntum eam amaſſe Bacchidem, quantum non poſſit* Credo ita vid[...] t[...]bi. nam nemo ad te venit.] *o compendio vſus eſt, non oſtendens cur hoc falſum od putet meretrix: ſed cur hoc putet ita ex eius perſo-ellitur quod obiecit.* Ille inuitus] *Inuitus dicendo, admonet iterum iterumque. vt Verg. Italiam non ſequor.* Quid deinde fit?] *Interponitur perſona tum feſtinans, vt alibi, Quam metui quorſum eua-* Diebus ſane pauculis.] *Hic exitus eſt.* Poſt Pam-s me ſolum ſeducit foras.] *Ne teſtis quiſquam & r ſecretorum interueniat.* Me ſolũ ſeducit foras.] *aris in ſeruo iactantia de dominorum familiaritate, quia decens eſt, vt per eum quid geſtũ ſit, ſpectatores* Narratq; vt virgo ab ſe integra etiã tum fiet.] *illud quod ſupra dixerat, Nocte illa prima virgi-on attigit.* Seque antequam eam vxorem du- domum.] *Bonus color purgationis, diceretur enim, ſi illam odio habebat, ducebat vxorem?* Tolerare] *Tolerare, verbum eſt male patientis.* Decrerim.] *rim, & defixerim.* Quam decrerim me non poſ-tius habere.] ἀποστροφὴ καὶ ἠθοποιία ἀπὸ μνημο-ης. Eam ludibrio haberi.] *Honeſto verbo & pu-oleno vſus eſt. & noue pro vitiari.* Quin.] *Quo.* Integram.] *Id eſt honeſtam. non enim dixit ſpo-ſ virginem aut mulierem.* Vt accepi à ſuis.] *Vi-er quidem integram ſpecificat, id eſt, talem qua-cepi à ſuis. potuit enim vitiatam accepiſſe, vt ſæpe ergo non abundat, Vt accepi à ſuis, ſed habet ſi-ationem.* Pium ac pudicum ingenium narras philli.] *Erga meretricem, pium: pudicum, erga virgi-Cogitur pium dicere Pamphilum, quem periurum.* Piũ & pudicũ ingeniũ narras Pãphili.] *An ſi-rga virginẽ & piũ, pudicũ? an pium erga meretricem; ũ erga virginem?* Hoc ego proferre.] *Verba Pam-ſunt: non vt quidam putant ad perſonam Parmeno-ferentes.* Hoc ego proferre.] *Amorem ſcilicet me-cis.* Cui tu nihil dicas vitij.] *Nunc vitij, culpæ iæ.* Abiturum denique.] *Denique, moram ſignifi-& poſtremam tarditatem. Itaque poſtremo vel ſero*

*abituram indica:* Quid interea? *Exultantis eſt, &* *flentis audire.* Interea.] *Inter eos dies.* Poſtquam l alienum abs ſeſe videt.] *Pro alienatum dixit,* *Phormione, Quid ego vobis Geta alienus ſum? Nam modo alienum, ſi amabat, dixiſſet?* Poſtquam hunc num.] *Oratorie non iam Bacchidem excuſat, quam à ſimili cauſa vult inducere, quod ipſa ſit in Pamphilum rior.* Alienum ab ſeſe videt.] *Id eſt, maritum. na nomen à meretricib. alienum eſt.* Maligna multo.] *gna, difficilis. Malignus eſt, qui difficultatem ſui oſt* Procax.] *Diſpoliatrix & petax. Procare enim eſt p Ver. Procacibus auſtris, id eſt, impudentibus. nã qui tum petit impudens eſt & procax. Vnde proci dicti qui filias alienas in matrimonium petierunt.* Atq res.] *Atqui, imo, legitur & Atque.* Non ædepol m *Obtinuit quod volebat Parmeno, nam credidit Philot iuriam factam Pamphilo.* Atqui ea res multo n me.] *Opportune concitatius Pamphilum defendit meno, poſtquam Philotis inducta eſt, vt faveretur in factam.* Et hanc quæ domi erat.] *Vxorem modeſta* illam.] *Meretricem malam.* Et illam, & hanc quæ mi erat.] *Illam, quæ meretrix eſſet: hanc, id eſt, vx* Cognouit.] *Diligentius & attentius conſiderauit cognoſcere, eſt diligenter & attente conſiderare.* Co uit ſatis.] *Bene ſatis, ex ipſius moribus, & ex mere* Ad exemplum.] *Quaſi ad imaginem, & collatione ſpeciem comparationis.* Exiſtimans.] *Intelligens.* H vti liberali eſſe ingenio decet.] *Qualitas compar* Pudens, modeſta.] *Hæc contra vitia meretricia p pudens hæc, illa procax: modeſta hæc, illa maligna. Re verò ſuperadduntur ornamenta vxoria, matronæ qu des.* Incommoda atque iniurias.] *Callide, laudat re, non repetit vitia meretricis apud meretricem: & contentus de vxoris laudibus, vitia meretricis inte* Incommoda atque iniurias viri omnes ferre. *gura ἔκλειψις.* Tegere.] *Hoc plus eſt, quam ferre, & re, quod meretricẽ amaret. & plus dixit tegere, quã c Tegere enim ad hoc dixit, vt non ſolum cuiquam non e ret, ſed vt ne quis ſciret.* Hic animus.] *Oratorie dixi enim Pamphilum dixit: ſed animum Pamphili.* V

m

ordia.] ἀμφιβολία. Hic animus.] *Hic, pro Tum.* *ic annis grauis, atque animi maturus Alethes.* V- *iſericordia.*] *Recte, quia ex miſericordia amor* *. & ſic in Phor. Miſerum eſt, virgo ipſa facie e-* *Vergil. Heu quib. ille Iactatus fatis.* Partim vi- iuſce. iniurijs.] *Qualitas relatiua.* Deuictus, victus.] *De proximo repetiuit* παρόμιον, *deuictus,* *s.* Paulatim elapſus.] *Adeo eſt tardus amor* *li & magnus, vt etiam poſt iniurias difficile di-* Elapſus.] *Animus, non Pamphilus.* Poſtquam enium nactus eſt.] *An ſibi par? an abſolute bo-* *dicimus, ſic par eſt facere te. Ergo aut ſibi par, aut* *eſt, liberali fœminæ.* Par ingenium nactus eſt.] *nium, eandem voluntatem. Salluſtius, Quos* *liſſe, & eadem metuere in vnum cogit. Idem alibi,* *m velle a. i. n. e. d. f. a. c.* Interea in Imbro mo- gnatus ſenex.] *Bene cauſa abitionis Pamphili* . Cognatus ſenex.] *Bene quod ait ſenex. nam a-* *unus non conueniebat fabulæ. In comœdia ita-* *Terentium, aut meretrix moleſta, aut ex duab.* *moritur, aut ſenex. Ita ex huiuſmodi morti-* *commodum vitatur, vel lucrum inſuper naſci-* *n ſit cauſa lugendi.* Horum.] *Maluit horum,* *minorum, dicere.* Ea ad hos redibat lege hæ- ] *Verbo iuris vſus eſt. ea enim legitima eſt hæredi-* *familiæ debebatur.* Eo amantem.] *Modo iam* *non enim amicam.* Inuitum Pamphilum ex- iter.] *Inuitum receſſiſſe vis verbi demonſtrat.* *rie extrudere dicitur, qui manib. expellit. ſed hic* *ine, vſus eſt, vt oſtenderet tantum importunitatis* *iis fuiſſe, quantum impulſio manuum efficere po-* trudit.] *Verbum neceſſitatis.* Relinquit.] *In* *ſentis temporis, legitur & reliquit.* Relinquit tre hic vxorem.] *Præparatio ad futurum erro-* a ſenex rus abdidit ſeſe.] *Nam inceptiua par-* , *Nam meus conſeruus eſt homo vt magni precij,* *n milite glorioſo.* Rus abdidit ſeſe.] *Verbum* *lentis ſenem: quod ſe abdidit, dixit.* Huc raro in ommeat.] *Huc bene dixit, vt oſtendat Parmeno-* *be eſſe. mira* οἰκονομία, *fac enim præſentem, &*

*nullus erit error in ſabulia.* Commeat.] *Comm abiſſe inde vbi te eſſe oporteat. Ergo hoc dicto o quam raro ad vrbem veniat ſenex : quippè comme ex aliqua commoratione temporalis abſceſſus.* Qu huc habent infirmitatis nuptiæ?] *Beneuſque ad ſpenſa narratio eſt, & in hac interrogationę quaſi machatur Philotis decepta, quod nihil videat infir in nuptijs: quod optauerat.* Quid adhuc haben *triſtior meretrix dixit.* Nunc audies.] *Sic ait, qu dudum audire cupienti, vel quaſi ad moleſtiam pe tricem.* Bene cõueniebat ſanè.] *Bene, pro mul.ū, valide: quia qui ſanus, idē & validus.* Miris modi *ris exēplis.* Interim miris modis odiſſe.] *Hucuſ menonem poeta verba paſſus eſt dicere, cætera acti uaturus.* Interim miris modis.] *Mirè, ad finem c rerum explanatio reſeruatur, namque ſi quæras, Parmeno, cum nō odio ſocrus, ſed pudore, ſimulati ſus ſocrū Philumena ſimulauerit.* Interim ] *Mod te: & eſt aduerbium temporis.* Poſtulatio ] *Expoſ querela, ſed proprie expoſtulatio eſt apud illum ip peccauerit: Poſtulatio, de illo ad alterum.* Qui d i *Recte dixit, ſi hoc non fuit, quid ergo? Poſtulatio la, & quaſi iuſta interpoſitio querelarum.* Fugere ſpectu ilico.] *Bene è conſpectu, vtpote quæ cu veri da intelligi. Sed tamen ſubiungit, Videre nolle, vt i tia Parmenonis appareat : qui argumentum odio didit, quod Philumena neque videri vellet, neq re.* Fugere è conſpectu.] *Ne videretur.* Vid le.] *Ne videret.* Denique, vbi non quit pati.] *ſuſtinere, & ſuſtineri intelligi poteſt hoc loco. vtr quam non potuit ſuſtinere ſocrum? an poſtqua ferre non potuit ſic ſe çelantem nurum? Poteſt etia telligi, Vbi non potuit argumenta odij ſui ip pati, & conuenire, migrauit à ſocru.* Non quit p *lerare aut tolerari : quia patior commune eſt? na te, & à te, dicimus.* Abijt. ] *Proprie abijt, quia ctauit vt mitteretur.* Vbi illic dies eſt com *ἀρχαϊκῶς dies, non diebus dixit.* Accerſi iube *addidit quæ, quia intelligitur.* Dixere cauſam n ſcio quam.] *Ideo Neſcio quam, quia nullius*

ı.Nemo remiſit.] *Hic iam apertius odium vide-* *nec iam fingitur cauſa.* Poſtquam acceſſunt.] *tur noſtri, id eſt, miſſi à ſocru.* It viſere.] *Vt, Po-* *enates Venimus.* Poſtquam acceſſunt.] *Id eſt,* *obis ſcilicet & mira varietas* It viſere ad eam.] *ſicij eſt, videre quærentis aliquem.* Admiſit ne- *iurioſa etiam pia pronunciatio eſt.* Hoc vbi ſe- iuit.] *Scimus quæ ad nos deferuntur: Reſcimus* eri ea cauſa.] *Bene ea cauſa: quippe qui ſe ruri* *t.* Non dum etiam ſcio.] *παρέλκον tertium &* *. Et eſt* ... *ſcio ſcire, cum ἀνάβασις.* Non- am.] *Recte ſeruauit reliquis partibus fabulæ* *n & attentum ſpectatorem.* Niſi ſanè curæ eſt n euenturum hoc ſiet.] *Bene, quia curioſus eſt* *, & idem garrulus. nam per totam fabulam talis* *r.* Quorſum euenturum] *ἔκλειψις. Deeſt ſcire,* mnem rem.] *Quaſi dicat, quam audire expe-* gam quo cœpi hoc iter.] *Pergam hoc iter: vt,* *iter pennis.* Quo cœpi hoc iter.] *Ad portum* Nam conſtitui cum quodam hoſpite.] *Dicit* *ur in re l. qua fabula non appareat perſona huius* *s.* Conſtitui.] *Conſtitui proprie. nam de huiuſ-* *us dicitur conuenire & conſtituere, de cuiuſmodi* *ad extraneos meretrices agunt.* Di vertant bene *as.*] *Sæpe enim res eueniunt aliter quàm volu-* *deo Vertumnus colitur, qui præeſt vertentibus.*

## ACTVS II. SCENA I.

*mbici quadrati acat. Troch. quadr. catal.*

CHES, *ſenex.* SOSTRATA, *mulier.*

ûm atque hominum fidem, quod hoc ge-
eſt? quæ hæc coniuratio?
es mulieres eadem æque ſtudeant, nolint-
omnia:
leclinatam quicquam ab aliarum ingenio
reperias.
adeò vno omnes animo ſocrus oderunt
:

Viris

mihi.] *Mire interpoſuit* χετλιασμόν. Id quod m[e re]pente ] *De eſt propter, vt ſit propter id: ac per hoc ide[o]* quod me repente aſpexerant.] *Cauſa cur lætæ [cla]mauerint, id ergo, ob id.* Sed continuo vultum e[arum] ſenſi immutari omniū.] *Mire Pamphilus etiam [mu]larum metu impellitur, vt alienum naſci puerum [ſuſpi]cetur: nec vllo modo in memoriam redeat hanc ſe pu[ellam] vel huiuſmodi vitiaſſe.* Vultum earum ] *Quæ vid[e]* Fors obtulerat.] *Offerri dicuntur tam bona quam [mala,] ſi inſperata obijciantur aſpectibus.* Obtulerat.] *Ob[tulit] dicitur in vtranque partem, quicquid expectationem [præue]nenit.* Ego eius videndi cupidus ] *Non erit plen[a fides] repentini doloris, ſi aliquid præſentiens ſuſpicatur [:] ideo addidit, Ego eius videndi cupidus.* Recta c[onſe]quor.] *Abſolute, & ſine adiectione, non enim addidi[t]* Extemplo eius morbum.] *Morbum mitiore a[nimo] quam vitium dixit, aut probrum. Et recte, quia [ait,] Alio me ſuſpicans morbo viſurum affectam, ac ſen[ſi] vxorem.* Spatium.] *Moram.* Ac res monebat.] *[Ipſa res indica]tus.* O facinus indignum.] *Facinus indignum non [il]lam, Hoc eſt, Philumenam, ſed ad autorem vitij refe[rt].* Et corripui illico.] *Ardens ſcilicet dolore. & eſt [cauſa] cur cito exierit* Lacrumans.] *Non furens, ſed lacru[mans,] non iratus, ſed mœſtus.* Atque atroci.] *Id eſt vehem[enti.]* Mater conſequitur: iam vt limen exirem, a[d ge]nua accidit miſera.] *Oſtendit affectum miſeric[ordiæ] ſuæ matrem potius dicendo, quam Myrrhinam, & a[ddendo] miſeram.* Miſeritum eſt.] *Vt recte ſupra dict[um] de illo, Pium & pudicum ingenium narras Pam[phile.]* Ad genua accidit.] *Accidere eſt geſtu corporis [oſten]dere humilitatem cadentis: propter ad, quod eſt iux[ta] cadere. Salluſtius autem ſine præpoſitione dixit, Qu[o ac]cidam aut quo?* Lacrumans miſera.] *Miſerabil[em ſe] habens.* Miſeritum eſt.] *Hoc ipſe ſibi.* Omnibus n[obis] vt res dant ſeſe, ita magni atque humiles ſum[us.] *Mire dixit, dant ſeſe. Homerus* ✱ *Sed hic Seſe ilico & [ca]lidius dixit: & eſt hæc* καθολικὴ *ſententia. Apollo[dorus]* ✱ O mi Pamphile, abs te quamobrem hæc abie[rit] *A nomine, & blandimento mire: quia ſecreta confit[etur,] vt Vergil. Anna (fatebor enim) miſeri poſt fata Si[chæi]*

*Apr*

ıcipio idem elaborauit, *vt aduerſus pudorem con-* ı *&* *voce* *&* *confeſſione duraret* O mi Pamphi- te quamobrem hæc abierit.] *Venialis ſtatus, in* ɪfeſſio eſt, *&* *precatio.* Abs te quamobrem.] *blandimentum ante confeſſionem.* Nam vitium.] *feſſio.* Nam vitium eſt oblatum.] *Cœpit à cau-* ɔlatum.] *Ad repentina pertinere, ſuperius an-* nus. Oblatum.] *Quaſi non expectanti & nolen-* ini.] *Quaſi quæ falli poſſet.* Olim.] *Rectè olim,* cilis venia circa vetera iam delicta. *Vnde tentat* 's longinquitate extenuare peccatum. *Olim ergo* nſes nouem. Ab neſcio quo improbo.] *Mire* ıſit perſonam dicendo, neſcio quo, id eſt, neſcio, quem oſtendat ignobilem, ita abiectum. *nam ſi nomen* habet & dignitatem, vt, *Et nos aliquod nomenque* e *Geſſimus. Et ne placere videatur is qui fecit,* ım dixit. Nequeo quin lacrumē miſer.] *Vide-* ſi diſtillantes fletus detergere. Nequeo.] *Deeſt* e. Sed cum orata eius.] *Bona πυρεῦθεσις.* Quæ- s fortuna.] *Precatio.* Fors fortuna.] *ὑφέν, id eſt,* ırtuna. *Et fortuna in incerto: Fors fortuna in bo-* ur. *Virg. Si qua in te fortuna fuiſſet. Et ipſe, O fors* Per eam te obteſtamur.] *Oratorie inducuntur* cētibus preces. Per eam te obteſtamur ambæ.] io, *eſt precatio cum mentione earum rerum per* imus, *vt, Per euerſæ genitor fumantia Troiæ Ex-* eſtor. Si ius, ſi fas eſt ] *Vtrū inuidioſe, an quaſi* quæ leges neſciat? Vti aduerſa eius.] *Mire non* ed aduerſa. Per te tecta tacitaque.] *Tecta ſi re-* cita, *ſi repudias, ſub alia excuſatione. An idem ſi-* ? *An potius neque re, neque verbo indices? ante-* ideantur: *tacita, ne dicantur?* Si vnquam erga il. *Si conceſſa peto, ſi dant ea mœnia Parcæ. Teren.* germani fratris dilexit loco: *ſiue hæc te ſolum ſem-* maximi Si vnquam erga te.] *Ab anteacta vita.* ıcitaque.] *Tecta ſint, ne hæc aliȷ ſciant: tacita, ne* et. Vti ſibi des pro illa.] *Subauditur Gratia.* m de reducenda.] *Tentat etiam hoc perſuadere,* rie, *&* *verecunde. Et mire de reducenda dixit,* ſpuenda. Quod in rem ſit tuam.] *Nam niſi*

*reducatur, reddenda dos erit.* Solus conſcius.] *A bili. nam hoc nomine oſtendit tacere eum poſſe, quod ſcius ſit ipſe ſolus.* Nam aiunt.] *Honeſtius aiunt, pr dixit. nam quis aut ſcire, aut dicere potuit, niſi Phil na? ergo recte: aiunt enim potius honeſtum eſt, qua* Poſt duobus concubuiſſe eam menſibus.] *Poſt bus, ſimpliciter accipiendum, non poſt duos: eſt ἀναστροφὴ pro duobus. poſt, id eſt, non ſtatim vt nup ſed poſtquam nupta eſt, poſt duos menſes nuptiarũ: reliqui quinque menſes. Et hinc apparet ante duos, quam cum Pamphilo concumberet, vitiatã, quatuor ſibus cum Pamphilo fuiſſe: ex quibus, duobus poſter amatã eſſe, reliquis tribus peregrinatum fuiſſe Pãph An poſt duobus, pro poſt duo? vt Plautus, Poſt pri denique, & Poſt paulò.* Quod te ſcire ipſa indicat *Quia contriſtatus corripuiſti te foras.* Partus eue *Philumenæ ſcilicet.* Abortum eſſe.] *Non eſt latinu orſa eſt, ſed abortum fecit.* Abortum eſſe.] *Deeſt n vel Factum. vel abſolute, quomodo dicimus, è re na quemadmodum dicimus, Ex te mihi orta eſt iniuria* abortũ eſſe.] *Rationabiliter dixit, fit enim abortus ſeptimo ſine pernicie feminis.* Suſpectũ fore.] *Suſ lẽ, ſuſpicioſum.* Ex te recte eum natũ putent.] *N xit natũ abortũ: quaſi abortus naſcatur. Natum e facto, conceptoque dixit.* Hic tibi nihil eſt quicqu commodi.] *Cum alienus exponitur, & non tolli tuo. Et mire necandi pueri non fit mentio: quia Pã lius inuenietur, cũ ei etiã per patrẽ puellæ poeta ſu* Exponetur.] *Ad mortem ſcilicet.* Hic tibi nihil e quam incommodi.] *Ab vtili, & eſt παρέλκον vt, Nihil vidi quicquam lætius.* Et illi miſerę in *Vt non ſit ἀνακόλουθον, ſuperiori verſui, τὸ Et ada eſt: vt ſit, Et tibi nihil eſt quicquam incommodi.* I iniuriam.] *Mire iniuriam dixit, vt non contemn ſed tollenda.* Pollicitus ſum.] *Plus quàm prom* illi miſeræ.] *Cõcluſio per enumerationẽ. Et non læd quit, & proderis miſeræ.* Quod dixi.] *Quod pr* vero neutiquã honeſtũ eſſe arbitror. *Neutiq omnino negatiuũ, ſed aliquid aſſẽſionis habet. eſt n quam, Non nimis, Non valde.* Nec faciam.] *Be*

*Nec faciam, multa enim etiam inhoneſta amore ſuſci-* ſ. Etſi me amor grauiter, conſuetudoque te-] *Hoc cum gemitu. Etſi non eſt complexiuum, neque* *ſitiuum, ſed ſubiunctiuum, id eſt, pro tametſi.* Amor rauiter conſuetudoque.] *Quæ duæ res contra ho-m & vtile validiſſimæ. Et bene tenet, non tenuit.* umo, quæ poſthac futura eſt vita.] *Bene pra-r in affectum eſt, vt veriſimile ſiat potuiſſe reticere.* *crumo non pendet à ſuperiori, ſed interpoſitis diu fle-dixit.* Lacrumo, quæ poſthac.] *Quæ modo vim* *minis non tenet: ſed querelæ. Et Lacrumo ſic dixit, vt* *l. Sic effata ſinum lacrumis impleuit obortis. Et eſt* *, Lacrumo, cum in mentem venit.* O fortuna.] *Hic* *nam pro bona poſuit.* Vt nunquam perpetuo es .] *Legitur & Data. nam & ſic pro bona intelligitur* *irio.* Idem nunc operam huic dabo.] *Si idem,* *eidem, hoc eſt amori.* Operam dabo.] *Difficulta-i oſtendit, dicendo, operam dabo.* Adeſt Parmeno pueris.] *Quia idem Parmeno eſt ſecretorum con-addidit cum pueris.* Minime eſt opus.] *Id eſt, o-non eſt opus.* Aliquo mihi eſt hinc ablegandus, parit Philumena.] *In tota comœdia non ceſſabit,* *t piger: nec reſciſcet aliquid, cum ſit curioſus Par-* Dum parit Philumena.] *Dum aliàs dummodo:* *donec: nunc, quandiu.*

## ACTVS III. SCENA IV.

PARMENO. SOSIA.

PAMPHILVS.

tu, tibi hoc incommodum eueniſſe iter? — Senarij & vnus quad.
.Non hercle Parmeno verbis dici poteſt
um, quantum re ipſa nauigare incommo-
m eſt.
Itáne eſt? SO. ô fortunate, neſcis quid mali
rieris, qui nunquam es ingreſſus mare:
aliàs vt * omittam miſerias, vnam hanc vide: — al. mittam.
triginta aut plus eo in naui fui,
interea ſemper mortem expectabam miſer:
que aduorſa tempeſtate vſi ſumus.

PARM.

PARM. Odioſum. SO. haud clam me eſt: dea hercle aufugerim

Potius, quàm redeam, ſi eo mihi redeundum ſi

PAR. Olim quidem te cauſſæ impellebant leue:

Quod nunc minitare facere, vt faceres Soſia.

Sed Pamphilum ipſum video ſtare ante oſtium

Ite intro: ego hunc adibo, ſi quid me velit.

Here etiam tu hic ſtas? PAM. equidem te exp PAR. quid eſt?

PAM. In arcem tranſcurſo opus eſt. PAR. cui h ni? PAM. tibi.

PAR. In arcem? quid eo? PAM. Callidemiden ſpitem

Myconium, qui mecum vnà aduectus eſt, conu

PAR. Perij: vouiſſe hunc dicam, ſi ſaluos domu

Rediſſet vnquam, vt me ambulando rumperet.

PAM. Quid ceſſas? PAR. quid vis dicam? an co niam modo?

PAM. Imò, quod conſtitui me hodie conu rum eum,

Non poſſe, ne me fruſtra illic expectet. vola.

PAR. At non noui hominis faciem. PAM. at fa vt noueris.

Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius.

PAR. Cadauerosa facies: dij illum perduint.

Quod ſi non veniet? maneámne vſq; ad veſpe

PAM. Maneto: curre. PAR. non queo, ita ſus ſum.

PAM. Ille abiit: quid agam infelix? prorſus neſ

Quo pacto hoc celem, quod memorauit Myri

Suæ gnatæ partum: nam me miſeret mulieris.

Quod potero, faciam: tamen vt pietatem cola

Nam me parenti potius quàm amori obſequi

Oportet. at at, eccum Phidippum, & patrem

Video: horſum pergunt: quid dicam hiſce, i tus ſum.

AIn' tu tibi hoc incommodum eueniſſe iter? *ratio eſt currentis ad argumenta: alia actiuum c rum, ſed perfecti poetæ eſt, ita ſeruire argumento, vt*

*ſp*

*tor nouis delectationibus teneatur. Nam in hac ſce-nec perueniat ad Pamphilum Parmeno, hoc &* [illegible] *tur, cum hoc oſtenditur quid mali ſit nauigatio.* u?] *Pro aisne tu? Et ſic iam aliquid dixiſſe magni in* [illegible]*enti oration: ex reſpondentis ſermone demonſtratur.* u?] *In hac ſcena naſcitur oratio: aut in ſcenam de-* . Tantum, quam re ipſa nauigare incommo-:ſt.] [illegible] *quartum. non enim intulit quan-vt Vergilius, Sed quanto ille magis formas ſe vertit es: Tanto nate magis contende tenacia vincla.* O [illegible]ate, neſcis quid mali præterieris.] *Bene maiori* [illegible]*, dicens o fortunate, quam ſi reſponderet, Ita.* Qui [illegible]am es ingreſſus mare.] *Proprie dixit ingreſſus.* [illegible] *iam nauigauit, egreſſus dicitur, ſic Vergilius, E-* [illegible] *optata potiuntur Troës arena.* Nam alias vt omit-[illegible]iſerias.] [illegible] *oratoria. Et miſerias, naui-*[illegible]*s ſcilicet.* Dies triginta.] *Accuſatiuus caſus ple-umerum* [illegible] *& continuationem rei ſignificat.* Dies [illegible]a aut pl[illegible] eo [illegible] na[illegible] fui.] *Hoc exitioſum, vel ſine* [illegible]*o viuere poteſt. Sed vide quid addat.* Aut plus eo [illegible].] *Abſolute, vt alibi, Annos ſexaginta natus es,* [illegible] *eo. vt conijcio.* Semper mortem expectabam [illegible]] *Dura eſt expectatio mali. Verg. Incluſi pœnam ex-*[illegible]*t.* Semper mortem expectabam.] *Id eſt, horis o-*[illegible]*s, cum continuatione triginta dierum.* Ita vſque.] *vel diu, vel valde.* Odioſum.] *Eſſe ſcilicet in mari* [illegible]*a dies. & nomen pro aduerbio poſuit, odioſum pro* Haud clam me eſt.] λιτότης, *pro Ego maxime m-quàm odioſum ſit. Nam qui iungunt, & ſic legunt,* [illegible] *& non intelligunt.* Aufugerim.] *Coniunctiuum* [illegible]*n poſuit pro indicatiuo futuro: vel, vt alij dicunt,* [illegible]*ſiuo.* Aufugerim.] *Sic veteres, quod nos fugerim.* quidem te cauſæ impellebant leues.] *Mire in* [illegible]*i fugitiuum, qui ob vitium huiuſmodi, non ob cau-*[illegible]*giat, & bene leues dixit, hæc enim non eſt leuis.* [illegible]l nunc minitare facere.] *Vt ſit ordo, Olim qui-cauſæ impellebant leues Soſia, vt faceres quod nunc* [illegible]*ris facere hac occaſione. Artificioſe, & in Andr. ſic* [illegible]*tſanti periurium ſeruo Myſis, Noua nunc religio in* [illegible]*ſtit?* Facere.] *Vt faceres. Comicum eſt, & Terentia-num.*

*num.* Sed Pamphilum ipſum video.] *Ipſum à qu*
*ſum ſum, vel dominum, vt Græci dicunt αὐτὸν* Ego
adibo.] *Vel noua curioſitate ait Parmeno.* Equid
expecto.] *Bene excepit Pamphilus Parmenonem, v*
*deatur vera dicturus.* Equidem te expecto.] *Ap*
*Pamphilum Parmenonis abſentiam deſiderare: eò*
*nunc prior Parmenonem alloquitur.* In arcem tran
ſo opus eſt.] *Oſtendit quam longe ſit, cùm in arce*
*cat. Et bene in arcem, quam Minerua condidit.* T
curſo.] *Pro tranſcurrere.* Cui homini?] *Hæc verb*
*ſua pronunciatione vim recuſationis in ſe continent.*
homini.] *Cum recuſatione pronunciandum, & eſt*
*reſponſio, laborem ad alium transferentis.* In arc
*Pronunciat, vt oſtendat quam longum ſit in arcem*
*currere.* Qui mecum vna aduectus eſt.] *Appare*
*cum eo aliquid negotii habere, cum dicit, Qui mecu*
*eſt aduectus.* Vouiſſe hunc dicam, ſi ſaluus do
rediſſet nunquam.] *Facete dixit. More enim hoc*
*rum qui longis itinerib. maris periclitati, vouent a*
*ſi peruenerint. & conuenit hoc Pamphilo, quem ſup*
*le nauigaſſe audierat.* Quid vis dicam? an conue
modo?] *Non enim mandauerat quicquam, qui ſin*
*ſa mittebat, oblitus bene diſſimulare, vt qui mētiun*
*ſic pronunciandum, An conueniam modo? vt rep*
*dere dominum Parmeno videatur.* Imò quod co
me hodie.] *Deeſt dic. & ſumitur à ſuperiori ſe*
*qua dixit, Quid vis dicam? an conueniam modo? ẽg*
*dixit. Nam non hoc interrogantis ſimpliciter.* Imò
conſtitui me hodie.] *Apparet eum hanc conqu*
*& vix corraſam inuenire cauſam.* Vola.] ἠθικῇ ὑπ
λῇ *vſus eſt. Ita curras vt volare magis quam curr*
*dearis. Et antea tranſcurrere iuſſerat: nunc adiecit*
*rio. nam non curre, ſed vola.* At non noui homi
ciem.] *Moralis expreſſio pigritiæ in tot excuſationib*
*ſita eſt.* At faciam vt noueris.] *Stomachoſe pronu*
*dum At, quod & Pamphilus repetit dicens, At fac*
*noueris.* Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus
ſus.] *Properatio.* συναθροισμός. *Et aceruo ſine con*
*no vſus eſt.* Magnus, rubicundus.] *Imperite Ter*
*de Myconio criſpum dixiſſe aiunt: cum Apollodor*

u.

dixerit, quod proprium Myconis eſt, vt Lucilius, Mymnis calua iuuentus. Vnde etiam prouerbium Græ- μυκώνιος φαλακρός. Sed ego Terentium puto ſcienicetius Myconium criſpum dixiſſe. Cæſius.] Glaucis ,quaſi felis oculos habens & glaucos. Cadaueroſa s.] Subliuida, ac perſona rubore & liuore. Rubicunm & craſſam faciem ſæpe habent, quod eſt pro- cadaueris. Poteſt & pulpoſa intelligi, & craſſa: cadaueroſa. Caro enim dicta eſt eo quod careat ani- caro proprie dicitur mortuorum. Vergilius, Et cor- uce carentum. Vnde carnifices dicti, quod carnes ex- e faciant. Pulpa vero, proprie ea quæ manduca- o quod pulſetur, & conſcindatur. Poteſt & r pro d vt caro ſit dicta quaſi cado: vt Vergilius, Belloque e. Dardanide. quod iam ſcilicet ſine anima ſit, & ca- ij illum perduint.] More pigrorum male optat ei r quē mittitur. Quid ſi non veniet?] Omnia dicit, Maneto: curre.] Etiam Pamphilus tanquam de ria perſeuerat. Non queo, ita defeſſus ſum.] Hoc u. & ſpectaculo plus eſt. nã in ſenſu & autor expri- ſitudinem. Ille abiit.] Quaſi dicat, licet iã loqui. Ille ] Quaſi cum difficultate completam rem oſtendit hoc Suæ gnatæ partum.] ἐπεξήγησις Quod potero n.] i. celabo quãtum potero. An quaſi proiiciens cu- feſſus angore dixit, Quod potero faciã, i. ſi potero, amori. Et rurſus tanquam pietatis admonitus, adie- ptionem: Tamen vt pietatem colam.] Seruat e- i illo amorem poeta: cuius non pœnitebit, re cogni- errore ſublato. Quod potero, faciam.] Id eſt, a- bſequar. nam miſericordia mulieris de amore de-. Quod potero faciam.] Apparet hoc dictum us eſſe, non virtutis. Tamen vt pietatem colam.] latus eſt læſam matrem eſſe ab vxore: hoc enim cre- & ideo ſe ad exceptionem reuocauit: Ita ſe amori oportere, vt non obliuiſcatur omnino pietatis. Et n eam cauſam contulit neceſſitatem non reducendæ , quæ inuenietur nulla eſſe. Sunt tamen qui ma- eadem ſententia, totum hoc iungunt, Quod pote- iam, tamen vt pietatem colam: hoc eſt, in quan- tero, dabo operam, aduerſus amorem, vt omiſſo eo,

pietatem

*pietatem colam, & ſubiungitur cauſa.* Tamen vt pietatem colam ] *Deeſt Ita, vt ſit Tamen pro Duntaxat Ita vt pietatem colam. Dixerat enim, Quod potero, & addidit exceptionem, Tamen vt pietatem colam: Non ſum oblitus & matris.* Tamen. ] *Pro Ita* Nam me parenti potius quàm amori obſequi *mori, ſcilicet vxoris, quia dixit, Quod potero faciam hoc eſt quod dixerat quod potero faciam.* Atat. ] *Ictio eſt conterriti & conturbati.* Horſum pergunt *do pergunt, pro eunt; aliàs perſeuerant.*

## ACTVS III. SCENA V

*Trochaici octonarij catalectici, & Senar Iambici.*

LACHES. PHIDIPPVS. PAMPHILVS.

Dixtíne dudum dixiſſe illam ſe expectare fili PHI. Factum. LAC. veniſſe aiunt: redeat quam cauſam dicam patri,
Quamobrem non reducam, neſcio. LAC. que hic audiui loqui?
PAM. Certum obfirmare eſt viam me, quam ui perſequi.
LA. Ipſus eſt, de quo hoc agebam tecum. PAM mi pater.
LAC. Gnate mi ſalue. PH. bene factum, te adu Pamphile,
Atque adeo, quod maximum eſt, ſaluum validum. PAM. creditur.
LAC. Aduenis modo? PAM. admodum. LAC quid reliquit Phania
Conſobrinus noſter? PAM. ſane hercle homo ptati obſequens
Fuit dum vixit: & qui ſic ſunt, haud multum dem adiuuant.
Sibi vero hanc laudem reliquit: vixit, du xit bene.
LAC. Tum tu igitur nihil attuliſti huc plus vn tentia?

P.

uicquid eſt, id quod reliquit, profuit. LA. imò
fuit.
illum viuum, & ſaluum vellem. PH. impune o-
tre illuc licet.
uiuiſcet iam nunquam: & tamen vtrum ma-
ſcio.
ri Philumenam ad ſe accerſi hic iuſſit: dic iuſ-
:te.
oli fodere: iuſſi. LAC. ſed iam eam remittet.
ſcilicet.
nnem rem ſcio, vt ſit geſta: aduenieus audiui
nia.
iſtos inuidos di perdant, qui hæc libenter
ciant.
go ſcio me cauiſſe, ne vlla meritò cōtumelia
vobis poſſet: idq; ſi nūc memorare hic velim,
fideli animo, & benigno in illam, & cle-
ti fui,
oſſim: ni te ex ipſa id magis velim reſciſcere:
ue eo pacto maxume apud te meo erit inge-
ides,
la, quæ in me nunc iniqua eſt, æqua de me
rit,
culpa hoc eueniſſe diſſidium mea: ita te-
leos.
ndo eſſe ſeſe indignam deputat matri meæ,
cedat, cuiuſq; mores toleret ſua modeſtia;
alio pacto componi poteſt inter eas gratia;
nda aut mater eſt à me Phidippe, aut Phi-
na.
ie pietas matris potius commodum ſuadet
Pamphile ad aures haud inuito ſermo mihi
ſit tuus,
poſtputaſſe omnes res præ parēte intelligo.
vide, ne impulſus ira praue inſiſtas Pāphile.
Quibus iris impulſus nunc in illam ini- Senarij.
ſim?
nquam quicquam erga me commerita eſt

Quod nollem:& ſæpe,quod vellem:meritam
Amoq; & laudo,& vehementer deſidero.
Nam fuiſſe erga me miro ingenio,expertus ſu
Illiq; exopto,vt reliquam vitam exigat
Cum eo viro,me qui ſit fortunatior.
Quandoquidem illam à me diſtrahit neceſſita
PH. Tibi id in manu eſt,ne fiat. LA. ſi ſanus fie
Iube illam redire. PAM. non eſt conſilium pat
Matris ſeruibo commodis. LA.quo abis?man
Mane inquam,quo abis? PH. quę hæc eſt perti
LA. Dixin' Phidippe hanc rem ægre laturum e
Quamobrem te orabam,vt filiam remitteres.
PH. Non credidi ædepol adeo inhumanum fe
Ita nunc is ſibi me ſupplicaturum putat?
Si eſt,vt velit reducere vxorem,licet.
Si alio eſt animo,renumeret dotem huc,eat.
LA. Ecce autem tu quoq; proterue iracundus
PH. Percontumax rediſti huc nobis Pamphil
LA. Decedet iam ira hæc,etſi merito iratus eſt
PH. Quia paululum vobis acceſſit pecuniæ,
Sublati animi ſunt. LA. etiam mecum litigas?
PH. Deliberet,renuncietque hodie mihi,
Velítne, an non.vt alij, ſi huic non ſit,ſiet.
LA. Phidippe ades,audi paucis.abijt: quid m
Poſtremo inter ſe tranſigant ipſi vt lubet:
Quando nec gnatus,neque hic mihi quicqu
temperant,
Quæ dico paruipendunt porto hoc iurgium
Ad vxorem:cuius fiunt hæc conſilio omnia
Atque in eam hoc omne , quod mihi ægre
uomam.

DIxtíne dudum dixiſſe illã ſe expectare fili *cete principium eſt interrogantis ita, vt ſciat reſponſurus ſit quem interrogat. Illaturus eſt en mentum per ἐπαγωγήν.* Dixtine dudum.] *Quia ſanctè adiurat non poſſe Pamphilo ſe abſente pe* Dixtine dudum.] *Captioſa interrogatione cæp rus, venisse autem, redeat.* Factum.] *Id eſt, dixiſſe me, & deeſt Eſt, vt ſit, Factum eſt.* Quamobr reducam neſcio.] *Habet cauſam: ſed non vult*

præterea non vult cum inuidia matris ſuæ loqui : ſi
im conferat vt vxorem non reducat domum. Quem
nic audiui loqui?] *Vt ſolet, primo perſonas inducit*
*loquentes, deinde ipſas conuenire inuicem. vt alibi,*
*hic loquitur? Myſis ſalue* Certum obfirmare eſt
me.] *Aduerſus omnia obſtinate agere: id eſt, contra*
. Obfirmare viam me, quam decreui.] *Id eſt, vt*
*potius quam amori morem gerat.* Atque adeo
maximum eſt, ſaluum atque validum.] *Ordo*
*imum adueniſſe, deinde ſaluum, poſtremo validum.*
m atque validum.] *αὔξησις ad ſalutem. Validus*
*ee, robuſtus, & habitior corpore.* Creditur.] *Minus*
*reſpondet, de repudio vocaturus.* Quod maxi-
eſt.] *Legitur &, quod maxime eſt.* Aduenis mo-
*difficile inuenitur præſentis temporis.* Modo.] *At*
*oſtendat eſſe momentum etiam præſentis temporis.*
*Admodum, quod eſt minus.* Aduenis modo?]
*Vigiláſne deûm gens AEnea? vigila.* Admodum.]
*tio cur adhuc non viderit patrem.* Cedo quid
it Phania conſobrinus noſter?] *Vtrum ia-*
*Laches de hæreditate loquitur præſente ſocero, vt*
*upidiorem faciat ad remittendam filiam? Et fit*
*ic, vt ex alio principio peruenire queamus ad*
*volumus dicere. An ideo, vt ſciat rem, &*
*ſuas, cupidiorem ſocerum redditurus?* Con-
us noſter.] *Quaſi ſororinus. Sobrini ſunt ex*
*ſororibus : Conſobrini, ex fratre & ſorore.* †
*inquitatis frequentiæ Terentius monet : aut ha-*
Conſobrinus noſter.] *Cum de fratre natus*
*, & alter ex ſorore, conſobrini : cum ex fra-*
*patrueles dicuntur.* Sane hercle homo vo-
obſequens fuit.] *Sane, ſatis, valide. nam qui*
*validus eſt.* Voluptati obſequens fuit.] *Con-*
*Pamphilus: diſiungi enim volens, nihil dicit, vel*
*elictum.* Haud multum hæredem adiuuant.]
*nſulunt hæredi.* Sibi vero hanc laudē reliquit:
m vixit, bene.] *Bene & facete, nihil hæredi relin-*
*ſibi vero relinquunt.* Vixit, dum vixit, bene.]
*nū Vixit aliud ſignificat: & alterum Vixit, aliud.*
dum vixit, bene.] *Sententia eſt hortantis ad*

al. & propinquitate Terentius frequentata monetur vt hæredum.

*delicate viuendum.* Vixit, dum vixit, bene.] *Hoc e*
*ſcilicet reliquit.* Vna ſententia?] *Expreſſit animum a*
*ſenis.* Quicquid eſt id quod reliquit, profuit.] *Q*
*quid, & ad prauitatem refertur, vt, At enim id mihi*
*eſt, quod eſt de me opinionis: quicquid eſt.* Quicqui
id quod reliquit.] *Nullum in hoc ſene fuit doloris*
*cium ante, quam ſciret aliquid relictum.* Profuit.] *I*
*pro nobis fuit: ac per hoc noſtrũ eſt: poteſt enim ipſe pro*
*ſe: poteſt res eius.* Imo obfuit.] *Morem eorum expr*
*quibus relinquitur, qui cum audierint ſibi aliqui*
*relictum, tunc triſtes ſe fingunt.* Nam illum viuun
ſaluũ vellẽ.] *Non idem viuum, quod ſaluum.* Imp
optare iſtuc licet.] *Bene impune, quia hæredi pœ*
*mortuos reuiuiſcere. An ſine detrimento optas: vt cũ n*
*cus dicit de iam mortuo, Ego ſi illũ curarẽ, viueret.* In
ne optare.] *Si optata euenirẽt nunquã inquit optar*
*ille reuiuiſceret.* Ille reuiuiſcet iã nunquã.] *Mire*
*his verbis Phidippum quoq; ſubinuidere indicat. Pl*
*nunquã quã non.* Et tamen vtrũ malis ſcio.] *Mo*
*illum magis quã vt reuiuiſcat denuo.* Et tamen v
malis ſcio.] *Quid malis de duobus, ſcio: vtrũ illũ m*
*permanere, an reuiuiſcere.* Heri Philumenam.] *Hoc*
*quò omnis tendebat oratio.* Ad ſe acceríi iuſſit.] *Be*
*accerſi & iuſſit: vt nihil vxor ſua ſponte fecerit.* Heri
lumenam accerſi ad ſe hic iuſſit.] *Et Heri, & iuſ*
*ne: vt breue tempus ſit, & coacta videatur exiſſe. E*
*abduci, ſed accerſi: nec à nobis, ſed à ſe.* Omnem rem
vt ſit geſta.] *Vergilius, Troianas vt opes & lamen*
*regnum, &c.* At iſtos inuidos di perdant.] *Bene*
*dos, qui matrimonio inuideant. ergo reuocanda vxor*
*adeo non puduit mendacij honeſti deprehenſum ſene*
*inuidos faceret, qui vera prodiderant.* Ego ſcio m
uiſſe.] *Principium à tempore, à dictis, factiſque, tan*
*quam aduerſariorum: & ab anteacta vita & præſen*
go ſcio me cauiſſe, ne vlla merito contumelia.
*re addidit Merito, non enim cauere inquit ne fieret*
*tui. Igitur ne merito fieret: quod in me fuit.* Idq; ſi ni
*Ab anteacta vita.* Et clementi fui.] *Profuerim, i*
*tiuum pro coniunctiuo poſuit.* Ni te ex ipſa id n
velim reſciſcere. παράληψις. Namque eo pacto
xin

e apud te meo erit ingenio fides.] *Bene, nō dictis,* *ıge* *ı*. Cū illa, quæ nunc in me iniqua eſt, æqua.] *'ua æqua, παρονομασίαι ſunt Terētianæ. Et bonum ar-* *entum. nam & Vergilius, Ipſe hoſtis Teucros inſigni* *ferebat, inquit, & Cicero, Te ipſo teſte iniquo atque* *obo, verum ad hanc rem ſatis idoneo: te inquam teſte,* *n*. In me iniqua eſt, æqua de me dixerit.] *Quia* *rſarij teſtimonium, ſi contra ſe dicat, tam graue eſt,* *ı vel boni viri.* Neque culpa hoc eueniſſe diſſi- ı mea.] *Non ergo quid fiat: verum per quos fiat,* *endum eſt. Et nimis abrupte dixit eueniſſe, non eue-* Ioc eueniſſe diſſidium.] *Ad confirmationem non* *'e, ſed eueniſſe dixit.* Sed quando ſeſe indignam.] *: profert, vt eam oſtendat cauſſam eſſe diſſidij: & hoc* *ntat, vtrum dotem retinere poſſit. Et ideo ſupra, Ne-* *ea culpa hoc diſſidium eueniſſe, id teſtor deos, inquit.* tat matri meæ cui concedat.] *Fortaſſe ergo indi-* *' & recte deputat: mihi tamen mater colenda eſt, hoc* Deputat matri meæ cui concedat.] *ἐν ὑποκρίσει* *meæ: vt idonea ſit cauſa repudij.* Cuiuſque mores t.] *Hoc melius quam obſequatur, aut inſeruiat.* s toleret.] *Bene mores, vt aniculæ: notat enim pra-* *m, vnde ſenes moroſi appellantur. Horatius, Donec* *i canicies abeſt Moroſa.* Mores toleret ſua mode- *) temperamentum: mores potius, quam iniurias di-* Ieque alio pacto componi poteſt.] *Niſi vt con-* *ıatri, toleretque mores eius.* Segreganda aut ma- à me Phidippe.] *Bene, tanquam ex deliberatione* *quod facturus eſt. Et mollius ſegreganda quam* *enda.* Nunc me pietas matris potius commo- ıadet ſequi.] *Quam mollibus verbis repudium* *tum eſt à Pamphilo.* Ad aures haud inuito.] *O-* *'ictum, haud inuito. non enim in totum volenti:* *de diſſidio: ſed tamen quia pie locutus eſt, medio-* *pprobauit.* Pamphile, haud inuito.] *Grauis o-* *ı à nomine incepta. Vergil. O præſtans animi iu-* *'& eſt figura λιπότης. Sic Verg. Poſthabiti tamen il-* *nea ſeria ludo.* Haud inuito, ſermo mihi acceſ- *:.] Senili loquacitate, pro, Recte locutus es.* Omnes *'lus dixit, quam ſi vxorem diceret.* Præ parente

intelligo.] *Bene parente: quod nomen commune &* *patre eſt, & cum omnibus quos hæc neceſſitudo conju* *melius ergo, quam ſi diceret, Matrem.* Verum vi impulſus ira plane inſiſtas Pamphile.] *Leniter &* *denter Ira. Non ergo iudicio* Inſiſtas Pamphile.] N *nim incipere, ſed inſiſtere hic, malum eſt.* Quibus ir pulſus.] *Non dixit, qua ira, ne ſuperbe loqueretu* *quibus iris, vt hoc ipſum per εἰρωνείαν derideret qu* *ter aixit, Impulſus ira. An iris matris aut meæ vxor* *meæ? an omnium trium?* Quibus iris impulſus.] *non vult iram eſſe, ne peccaſſe videatur vxor ſic enim* *ſi nec ipſa peccauerit.* Quibus iris.] *Ille iram ſingul* *dixit, hic, Iras pluraliter, ne videatur vnius iræ* *mittere vxorem.* Quæ nunquam quicquam erg commerita eſt pater.] *Aduerte, proprietatem ex* *commerendi & merendi.* Et ſæpe, quod vellem n ſcio.] *Mereri bona dicimus: Commereri mala; id eſt,* *quere, peccare. Ergo hic meritam, pro præſtitiſſe dixit* *Ego te quæ plurima fando Enumerare vales, nunq* *gina negabo Promeritam.* Amoq; & laudo.] *Non* *qui amantur, & laudantur: nec qui laudantu* *iam continuo deſiderantur. Multa ergo dixit: A* *& laudo & vehementer deſidero. Et vide, amo* *pulſus nimius hic eſt circa vxorem: & quaſi* *ſuæ matris & vitiatæ, loquitur: ſed tali opus e* *phili ad eiuſmodi argumentum, donec peruer* *καταστροφήν. in qua vxorem reduci neceſſe eſt.* Erg *Hoc totum repudiaturus inaniter diceret, niſi* *tum fabulæ poeta reſpiciens, reducturi anin* *Pamphilo reſeruaret. Et nota reſeruaret. Et not* *diuitem eam quam laudat, pietate ſola comp* Nam fuiſſe erga me.] *Quantum valet quod f* *xit: & non eſſe: quaſi re tranſacta.* Vt reliquam exigat.] *Satis flebiliter dixit, reliquam exigat.* *Omnes vt tecum, meritis pro talibus, annos* Cum eo viro.] *Non inuidere, iam non eſt* Quandoquidem illam à me diſtrahit neceſſit *anus conlatio verborum Pamphili repudii cogit m* *continet. vt tamen ſententia ſignificante, quam* Quandoquidem illam à me diſtrahit nece

E

ſatio in neceſſitate quæ eſt inexorabilis. Et neceſſitas, u ſcilicet quam neceſſitatem domi oſtendit: quod ex ſcilicet pepererit. Sed monte mult neceſſitatem, matris vi- racundiam, quæ à nuru ita offenſa ſit. Tibi id in u eſt, ne fiat.] Hoc oppoſuit, quod minime vult Pam- t videri. & quod dixit ſocero. Si ſanus ſies iube redire.] Pro, ſi ſanus es. nam aliter, Iubeas dicere t. Si ſanus ſies.] Bene pater ſupra iram dixit, nunc am, quæ erat ineſſe Pamphilo. Si ſanus ſies.] Non ulpæ eſt, cui vt redeat iubere poteſt. Non eſt con- i.] Durius erat, Nolo reducere. ergo hoc lenius di- Matris ſeruibo commodis.] Hoc verbo neceſſita- qua cogatur, oſtendit. Quo abis?] Factum Pam- x patris verbis oſtenditur, quod diſceſſit. & bene: lterius præſente patre reſiſtere durum fuit. Mane, im quo abis?] Bene quo abis, quia patrem deſeris orem. Quæ hæc eſt pertinacia?] Sicut decuit ſoce- & ſubindignatur, quia coram ſibi fit contumelia. e Phidippe.] Artificioſe Laches, vt minus miretur, ius indignetur ſocer, iraſci Pamphilum dicit: quan- prædictum eſt, & ſic oportuit. Dixine Phidippe rem ægre laturum eſſe eum?] Renouauit verba dem perſona. nam ita dixerat, Neque adeo me clam uam eſſe eum grauiter laturum credam, Hoc ſi re- it. Quamobrem te orabam vt filiam remitte- Inuidioſe aduerſum Phidippum, tanquam in illo ſit è purgat, & non accuſat Pamphilum. Adeo inhu- im fore.] Bene quaſi iratus, inhumanum eſſe, in- Non credidi ædepol adeo.] Potuit enim dicere, redidi inhumanum fore: ſed acerbe addidit Adeo. Ita is ſibi me.] Sibi & me, magno pondere legendum umque pronomen: vt, cantando tu illum? Id eſt, ge- ocerum, vel Pamphilo Phidippum, vel ſi quid tale eris. Supplicaturum.] Parum eſt ſatisfacturum, caturum addidit. Sin alio eſt animo, renumeret n huc, eat.] Hoc recte ſocer. non tam vt dotem reci- uam vt terreat, hoc dicit. Et renumeret proprie: quia cunia eſt. Et hic ἰδιωτισμὸς iraſcentis eſt, & exigentis um. Eat verò mire dictum, quaſi ipſe proiiciatur, qui ur ire. & ſimul in hoc verbo quaſi renunciatio chari-

ſatis eſt. Renumeret dotem huc, eat. ] Terrorem
tendæ dotis oſtendit, cum dicit, Renumeret dotem: ſ
cum iniuria, Huc, & iracunde, Eat. Ecce autem tu c
que proterue iracundus es. ] Addendo Quoque,
nihil aſſenſus eſt: quaſi dicat, quomodo Pamphilus.
terue iracundus es. ] Proterue, immoderate, & ſup
dictum eſt ideo, quod proterat alium qui proteruu
Nam proteruus eſt, qui dum alius obuius eſt, pro
quod faciunt & tauri in appetitu coitus fœminaru
quas calent. Percontumax rediſti. ] Proprie cont
dicitur contemptor potiorum. Percontumax rediſt
nobis. ] Magnæ indignationis eſt, abſentes alloqui, v
bi, O Aeſchine, pol haud paternum iſtuc dediſti. N
Pamphile. ] Nobis τῷ ἀπηχισμῷ. nam aut abunda
ſignificatu adiuuat pronunciationem. Decidet iam
Quaſi in ira ſit culpa, non deponetur ira, inquit, ſed
det. Quia paululum vobis acceſſit pecuniæ. ] I
quaſi dicat. quia habetis vnde dotem reddatis, aut,
nullam cauſam habeatis repudij, ſed ditiorem qua
coniunctionem. Quia paululum vobis acceſſit p
niæ, ſublati ſunt animi. ] Et non maior eſt factus
philus. ſimul maiore ſtomacho, quod cum labore cel
aperte oſtendit. Sublati animi. ] Pro elati, Sublati
Et hoc proprie ferarum eſt. vt, Attollitq; animos: T
rum qualis in aruis Saucius ille graui venantum vu
pectus, Tum demum mouet arma leo, &c. Nam beſti
animi qualitate vel erigunt corpora, vel deponunt, a
cero. Etiam mecum litigas? ] Belle, & illum ex in
iracundiorem & hoc ad ſe dicentem, quod propter
philum dicebat, effecit. Etiam mecum litigas? ] Inn
quaſi iam cum Pamphilo litigauerit. Deliberet, re
tietq; hodie. ] Ferocius quam ſocerum deceret: att
mature, quod Deliberet dixit. Vt alij, ſi huic nō ſit,
Magna fiducia conditionem filiæ aſſerit: quoniam
Pamphilus nolit, paratum alterum dicit eſſe. Si huic
ſit. ] Subauditur vxor. Sed dura dictu reticuit vt deb
Phidippe ades. ] Nomine appellat: quod facere ſole
iratos mitigare conātes. Poſtremo inter ſe tranſiga
Non enim hæc [illegible] ſunt, quib. intereſſe delectet. Q
do nec gnatus, neque hic. ] Inuidioſe, gnatus: &
obſe

*ierant. & hic non familiariter dictum, ſed quaſi ab* Quæ dico paruipendunt. ] *Quia obtemperamus tacitæ voluntati.* Porro hoc largium ad vxorem, &c. ] *Bene rurſus in errorem reditur: ne quæ vera ntra fabulæ propoſitum cognoſcantur.* Porro hoc m. ] *Porro quaſi aliquid magnum.* Cuius hæc conſilio omnia. ] *Non tranſacta obiiciuntur v- d quæ nunc aguntur.* Conſilio. ] *Vtrum diſpo- ? an ἀξωνεία eſt in male conſulentem?* Atque in oc omne quod mihi ægre eſt. ] *Non quod ira d quod mihi ægre eſt, dixit.* Euomam. ] *Bene, ritudinem ſolet vomitus releuare: ſic Cicero in Ca- dicit, Quæ quidem l.m.u.q.t.p.e.ſ.q.p.*

## ACTVS IV. SCENA I.

*rochaici & Iambici octonarij catalectici & acatalectici mixti.*

MYRRHINA. PHIDIPPVS.

quid agam? quò me vortam? quid meo viro
ſpondebo
? nam audiſſe vocem pueri viſus eſt vagiētis:
ipuit derepente tacitus ſeſe ad filiam:
ī reſciuerit peperiſſe eam, id qua cauſa clam
abuiſſe
,non ædepol ſcio. Iamb. dim.
ium concrepuit: credo ipſum ad me exire: Troch.cat.
ι ſum.
or vbi me ad filiam ire ſenſit, ſe duxit foras. Iamb.cat.
eccam video: quid ais Myrrhina? heus tibi di-
t Y. mihíne mi vir?
r ego tuus ſum? tu virum me, aut hominem
itas adeo eſſe?
vtrumuis horum, mulier, vnquam tibi vi- Troch. catal.
orem,
ludibrio tuis factis habitus eſſem. MY. Qui- Iamb.cat.
PH. at rogitas?
filia. hem, taces? ex quo? MY. iſtuc patrem ro-
eſt æquum?

Perij:ex quo cenſes,niſi ex illo, cui data eſt nup obſecro?

Acatalectici. PH. Credo,neque adeò arbitrari patris eſt alit demiror

Aca.. Troch.

Iamb.catal. Quid ſit quamobrem tantopere hunc omne celare volueris

Partum:præſertim cùm & rectè,& tempore ſu pererit.

Troch. catal. Adeon' peruicaci eſſe animo, vt puerum præ res perire,

Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam hac ſcires

Potius, quàm aduerſus animi tui libidinem cum illo nupta?

Ego etiam illorum eſſe hanc culpam credidi,q eſt penes.

MY. Miſera ſum. PH. vtinam ſciam ita eſſe iſtu nunc mihi in mentem venit,

Ex hac re quod locuta es olim, cum illum ger cepimus.

Nam negabas nuptam filiam tuam poſſe te p

Cũ eo,qui meretricẽ amaret, qui pernoctaret

MY. Quamuis cauſam hunc ſuſpicari, quàm veram,malo.

PH. Multo prius ſciui,quàm tu,illum amicam re Myrrhina: (ſc

Verum id vitium nunquam decreui eſſe ego:

Nam id omnibus innatum eſt: at pol iam ad quoque cum oderit.

Sed vt olim te oſtendiſti eandem eſſe, nihil e ſti vſque adhuc,

Vt filiam ab eo abduceres: neu quod ego eg eſſet ratum.

Id nunc res indicium hæc facit, quo pacto f volueris.

Trach. octo. MY. Adeòne me eſſe peruicacem cenſes, cui

catalect. Vt eo eſſem animo, ſi ex vſu eſſet noſtro hc trimonium?

PH. Túne proſpicere aut iudicare noſtram quod ſit, potes?

:i ex aliquo fortaſſe, qui vidiſſe eum diceret
tem, aut introeuntem ad amicam, quid tum
tea,
deſtè ac raro hoc facit? nonne ea diſſimula-
ios
humanum eſt, quàm dare operam id ſcire,
nos oderit?
i js poſſet ab ea ſeſe derepente auellere,
im tot conſueſſet annos, non eum hominem
erem,
rum ſatis firmum gnatę. MY. mitte adoleſcen-
obſecro,
: me peccaſſe ais: abi, ſolum ſolus conueni.
velitne, an non, vxorem: ſi eſt, vt dicat vel-
:.
: ſin eſt autem vt nolit, rectè conſului meæ.
quidem ille ipſe non volt, & tu ſenſiſti eſſe in
Myrrhina
um: aderam, cuius conſilio ea par fuerat
ſpici.
obrem incendor ira, eſſe auſam facere hæc
ſſu meo:
ico, ne extuliſſe extra ædeis puerum vſquam
s, (ſtulem;
go ſtultior, meis dictis parêre hanc qui po-
tro, atque edicam ſeruis, ne quoquam effer-
nant.
Iullam pol credo mulierem me miſeriorem Iamb. acat.
ere:
rt hic laturus hoc ſit, ſi ipſam rem vt ſiet, re-
erit,
edepol clam me eſt: cum hoc, quod leuius eſt,
animo iracundo tulit.
ua via ſententia eius mutari poſſit, ſcio.
mihi vnum ex plurimis miſeriis reliquum fue-
malum.
rum vt tollam cogit, cuius nos qui ſit neſci-
s pater:
cum compreſſa eſt gnata, forma in tenebris
ſci non quita eſt,

Neque

Neque detractum ei tum quicquam eſt, qu
poſſit noſci qui ſiet:
Ipſe eripuit vi, in digito quem habuit, virgi
iens annulum. (di
Simul vereor Pamphilum, ne orata noſtra ne
Celare, cum ſciet alienum puerum tolli pro ſu

PEriJ, quid agam?] *Mirè in hac ſcena iterum*
*ſenis atque anus: & tamen varie & alio modo, vt*
*inter ſe diuerſos, & tamen notos, poſſimus agnoſcere.*
quid agam?] *Hæc prologui oportet Myrrhinam,*
*ius perſona reminiſcatur ſpectator geſtæ rei, ſimulq;*
*ius perſonæ verbis, quid agat altera perſona, monſt*
*Nam perſcrutari Phidippum vniuerſa conclauia,*
*per totam domum, cognito partu filiæ ſuæ, apparet e*
*ſentibus dictis.* Perij, quid agam?] *Singula ita pr*
*ciat, vt perturbatam oſtendat.* Quid agam? Qu
vertam?] *Figura* διαπόρησις, *apta turbatis.* Nam
ſe vocem pueri viſus eſt vagientis.] *Vergilius,*
*nuò auditæ voces, vagitus & ingens, Infantumque*
*flentes in limine primo. Et eſt* ὀνοματοποιία. *nam v*
*ſic eſt, vt quaſi vagitus ſæpius ſonet.* Pueri viſus
gientis.] *Proprie dixit, vagientis, & infantium e*
ſus eſt.] *Quomodo, Audire vocem viſa ſum modo*
Ita corripuit derepente.] *Raptim intulit: Et de*
*vna pars orationis eſt: vt defeſſus, aduerbiis enim p*
*tiones ſeparatim non adduntur.* Derepente.] ὑφέ
*ſi ſeparaueris, non eſt latinum derepente.* Quod ſi.
*pro nam, aut itaque, ſed & nos in huiuſmodi ſignifi*
*ſic dicimus.* Quod ſi reſciuerit.] *Scimus manifeſta*
*nus occulta.* Id qua cauſa.] *Id, hoc ipſum, peperiſ*
Non ædepol ſcio.] *Ideo quia vera cauſa dici non*
Sed oſtium concrepuit.] *Plus eſt quàm crepui.*
*Con modo auctiuum eſt.* Ad me.] *Bene ad me, q*
*rigaturum.* Vbi me ad filiam ire ſenſit.] *Hoc ant*
*& ſimul argumentum delicti eſt, quod exiit à fili*
*rito ingreſſo mulier.* Vxor vbi me ad filiam.] *A*
*tis eſt geſtus & dictum.* Se duxit foras.] *Ordo, du*
*Et verbis vſus eſt intra domeſticos parietes, ar*
ἰδιωτισμῷ *ſe duxit pro abiit.* Atque eccam vi

*A*

mulierem fugere, & viri auerſari præſentiam: hoc ſeparatim pronunciandum. Heus tibi dico.] Myrrhinam auertentem ſe, quaſi nihil inueniat at de filia. Mihine mi vir?] Sic & in Andr. Ni-mdes? cum turbatum ſe oſtendit Dauus. Vir.] italem conditionem retulit, non ad ſexum, vt Ver-col. Vir gregis ipſe caper. Tu virum me.] Accu-ncrepatione incipiens. Aut hominem.] αὔξησις. Adeo autem abundat Vergil. Tuque adeo quem e ſint habitura deorum Concilia, incertum eſt. vtrumuis horum.] Vir aut homo. Mulier vn-bi viſus forem.] Acerbe mulier: vt ſuprà, Tu mulier, quæ me omnino lapidem nõ hominem pu-bus.] Callide mulier, & quaſi nullius culpæ con-bus dixit, & quibus factis ſcilicet. At rogitas?] ſcitur interroganti: nam interrogare quæ ſcias, tiæ eſt. Hem taces?] Non taces nunc: ſed taces, quo?] Bene ex quo, quia argumentum impudi-puerperium taciturnum. Peperit filia.] Propoſi-nis. Iſtuc patrem.] Mira calliditas. Rea mulier efenditur quod accuſat. Perii, ex quo cenſes.] litum ad effectum, perii. Obſecro iſtuc patrem eſt æquum?] Ex ſua interrogatione accuſauit rem. Niſi ex illo cui data.] A veriſimili argu-Niſi ex illo cui data eſt nuptum.] Solutio per fiduciam reſpondentis. Sall. Ita fiducia, quàm tis purgatior es. Credo, neque adeo arbitra-accuſatione maritus ad defenſionem ſui conuer-t quod cœperat. Sed demiror quid ſit.] Mol-us, iam non iraſcitur, ſed miratur. Adeo vides m nulla re alia, quàm mulieris correptione le-Quamobrem tantopere.] Alia intentio crimi-nes nos celare volueris.] Recte, quia putat & um eſſe celatum. Præſertim cum & recte & e ſuo pepererit.] Vide, duæ cauſæ ſunt celandi ſi non tempore ſuo venerit, quod indicium ſtupri ſi non recte euenerit, hoc eſt, monſtri aliquid na-rit. Hic autem & tempore ſuo, & recte natum . Demiror.] Valde miror: quod minus eſt quàm Præſertim cum & recte.] Attulit mulieri com-

pendium

*pendium credulitas ſ n's ſe nel correpti, ne aliter ſi tur.* Omnes nos celare volueris.] *Antiqua locu lam rem celo te.* Præſertim cum & recte, & ten ſuo.] *Recte ad illud pertinet quod non monſtrum o* Tempore ſuo.] *Ad ſpatium quo prægnantes eſſe c uerunt, id eſt, ad menſium dinumerationem: quia primo menſe naſci ſolent.* Adeon' peruicaci eſſe mo.] *Inuectio.* Vt puerum præoptares perire.] *tate infantis, inuidia.* Adeo peruicaci eſſe.] *Pe eſt perſeuerans cum quadam vi.* Ex quo firmiore ter nos fore amicitiam poſthac ſcires.] *Ab acc bus inuidia. Et bene additur Scires: quia imprude delicto veniam frequenter extorſit.* Potius quàm a ſum animi tui libidinem.] *A volun'ate peccanti dia. Animi tui libid nem dixit, vt minima cauſa ſceleribus ſubiecta eſſet.* Eſſet cum illo nupta.] *A non, illi nupta, ſed cum illo nupta. Ergo ambo ſib cem nubunt.* Ego etiam illorum eſſe hanc cul *Bene, etiam illorum: nõ enim hoc ſ erraſſe ait, quo putauerit culpã, quæ minor eſt: ſed, etiam illorum, mune peccatum fuerit: ſed nunc quidem totum cri Myrrhinæ. An etiam pro adhuc, vt maior ſit dolor, opinanti acciderit.* Vtinam ſciam ita eſſe iſtuc.] *ſeram eſſe. Alibi, Miſerum, quem minus credere eſ rit ſenſus, Vtinam vere ſis miſera.* Vtinam ſcian eſſe.] *Hoc quidam ſic accipiũt, quaſi Phidippus di nes te culpa eſt, quam illorum eſſe credebam: & quod credo, penes te eſſe culpam, ita nõ eſſe certo ſcia. dixit ſe miſeram: & miſeros niſi innocentes dicimus nim hoc reſpondet, Vtinam in hoc negotio miſeram ſceleſtam reperiam. Sic Salluſtius, Atque ea cogen coactos: ſceleſtos magis quàm miſeros diſtringi. Et quitur.* Sed nunc mihi in mentem venit.] *Arg ium ex antecedentib. dictis & factis.* Nunc mihi i tem venit.] *Recte nunc, quaſi alias nihil ſuſpicãti.* locuta eſt olim.] *Pro ante.* Cum illum generum mus.] *Vt arbitrum capere dicimus, id eſt, eligere, laude locutus eſt Pamphili.* Cepimus.] *Elegimu Ante locum capies oculis* Cum eo.] *Viro.* Qui m tem amaret, qui pernoctaret foris.] *Non in hoc*

o, quod hæc locuta ſit: ſed argumentum eſt, quod ce- lueris partum, quæ hoc olim dixerit. Ac pernocta- Propter illud quod dixerat, Quid intereà, ibáne ad idem? quotidie. Et nota familiariter hoc verbum po- rētio. Sic in Adelphis, Sed ſi hic pernocto, caue quid Syre? Quamuis cauſam.] Hoc propter ſpectato- citur, vt geſtorum meminerit. Quam ipſam ve- Quia ſola ex omnibus defendi non poteſt. Multo ſciui quàm tu.] Bene pergit, quia taciturnitas pro ſione accepta eſt. Verum id vitium.] Hoc intelligi teſt, niſi vitium bis numero ſubaudieris. Accie- æ.] Melius dixit adoleſcentiæ, quàm Pamphili: vt n ætate fuerat, non timeret in ingenio. Nam id o- is innatum eſt.] Amare in adoleſcentia. At poſ lerit, ſe quoque cum oderit.] Mire ſenectutem : ſenex, cum & velocem oſtendit his verbis: Iam & addit, Se quoque oderit, quaſi dicat: Non ſolum ... abit, ſed & odio habebit: & non alienas mulieres nec vxorem quoque, ſed etiam ſeipſum. Plus ergo il- quàm ratio depoſcebat: ſed mire ad affectum ſenis endum. Se quoque cum oderit.] Id eſt, vt pœ- um ſui facti. Sed plus dixit, quàm ſi diceret, facta :d vt olim te oſtendiſti.] Cum ſuperiora dicta t filiam abduceres.] Vehementius dixit, quàm ſi , vt filiam ei non redderes. Neu quod egiſſem eſ- im.] Quod ab eo abducis, non bona ſocrus: quod non bona mater: quod irrita facis quæ geſſi, non bo- es, inquit. Nunc res indicium facit.] Hoc eſt, elauiſti partum. Id nunc res.] Quaſi dixerit vn- Quo pacto factum volueris.] Non ſolum quod :d, etiam quod voluit, obiicit. Quo pacto factum is.] Deeſt fieri. Peruicacem.] Per vim agentem, pſam me eſſe cenſes. Cui.] Deeſt ei, vel circa eam. ater ſiem.] Rurſus à veriſimili, an mater contra faciat. Si ex vſu eſſet hoc matrimonium.] Cal- lier ex his quæ dixit ſenex defenſionē arripit. Nam tis, Negabas poſſe filiam tuam te pati cum eo qui cem amaret, qui pernoctaret foris. Ex vſu no- Modo, vtile, ſi pro noſtra eſſet vtilitate. Túnc pro- :.] A perſona. Aut iudicare.] Proſpicere futura, indi-

*indicare præſentia* Audiſti ex aliquo fortaſſe.] *ſatis, & oratorie.* Aliquo.] *Non à certa perſona.* B*liquo, ademit iudicibus authoritatem.* Qui vidiſſe diceret.] *Non qui vidiſſet.* Exeuntem aut intretem.] *Sic Cicero, Tibi autem Balbe reſpondebo: Pr precario ſi licet, ſi fas eſt defendi à me eum, qui in fuiſſet, qui vnguenta ſumpſerat, qui Baias viderit: nim dixit, Amplectentem amicam.* Aut introeun *σύλληψις prima. In ludum ducere & reducere.* Extem aut introeuntem.] *Mollis eſt, quia luditui quentibus ad amicam, ἐξουθενισμὸς criminis, de con dine.* Quid tum poſtea?] *ἰδιωτισμὸς, quo contem crimina leuiora.* Si modeſte.] *Adhibito modo: vt cum pudore & modeſtia: vt celatum voluerit.* Nón diſſimulare nos.] *Duobus modis feruntur peccat ignoſcendo, vel cohibendo. Modo diſſimulare, eſt rantiam fingere.* Magis humanum eſt.] *Bene, q. illud humanum diſſimulare, an magis humanum di lare. quia & iraſci, & arguere humanum eſt?* Mag manum.] *Nota, pro humanius, Terentiano more.* nos oderit?] *Qui, vnde vel quamobrem. Et recte enim dolens quod non ametur, id facit quo magis o* Nam ſi is poſſet ab ea ſeſe derepente auellere. *torie non contentus defendiſſe Pamphilum, hoc ipſo quo accuſatus eſt, laudat.* Derepente.] *Vna pars nus eſt.* Qui cum tot conſueſſet annos.] *Lauda eos Terentius, qui conſuetudine vincuntur, vt alit paruæ conſuetudinis cauſa, huius mortem tam fert liariter. Et mox, Vt neque me conſuetudo, neque neque pudor commoueat, neque commoueat, vt ſert dem? Ergo ferus quem longa conſuetudo non com* Qui cum tot conſueſſet annos.] *Non qua cu qui cum: vt à quibus, & non à quis. Et conſueſſe p dicitur in ſtupro.* Non eum hominem ducerem, *ſolum inquit, homo non eſſet, id quod forſitan nihil intererat: ſed quod nobis maximum eſt, vir ſtabili eſſe non poſſit.* Nec virum.] *Vir modo, maritus.* eum hominem ducerem, nec virum ſatis fir gnatæ.] *Poteſt & ſic intelligi, Non eum hominem rem, qui conſuetudinē longi temporis tenere abrum*

virum ſatis firmum gnatæ.] *Quem res venereæ mouerent. nam ſ... num etiam hic poſſumus intellige- lidum in officio coitus. ſic Hora... ius, ... marito ...et vxorem.* Mitte adoleſcentem ... ] *His ſolemus commentitia argumen... vt, cordia animos maternos his nato ... Mitto ... adde iſtuc, * Imprudens timuit adoleſcens : ſ... 10. tu ... Verum & cætera. Etenim illi dixerat, Verum id ..., nunquam decreui eſſe ego adoleſcentiæ. Adeon' ...aci eſſe animo, vt puerum præoptares perire potius, aduerſus animi tui libidinem eſſet cum illo nupta?* ...em : peccaſſe ais, abi ſolus ſolum conueni.] *...æc dicit mulier, vtpote memor quod cum Pamphi- ...cuta. Et ſolus ſolum ideo, quia metuit, ne orata ...n ſeruet Pamphilus, & ideo multi ſciant.* Roga, ...e an non vxorem.] *Verba quibus cum Pamphi- ...atur ſocer : ne ſi aliter agat, reſpondeatur à genero.* ...conſului meæ.] *Illum, inquit, nolle, ſignum e- ...prouidiſſe filiæ.* Siquidem ille ipſe non vult, & ...iſti.] *Animaduertendum, quemadmodum omnia ... ſe defenderit Myrrhina, in malam partem acce- ...dippus : & hinc magis accuſat vnde illa ſe purgat.* ...conſilio ea par fuerat proſpici.] *Non dixit, cu- ...ſilio repudium daretur Pamphilo, ita ad vnum o- ...citum ſpectant.* Eſſe auſam facere hæc iniuſſu ... *Abducere filiam, celare partum, exponere pue-* ...nterdico.] *Inter edico, & interdico hoc intereſt: ...us, quod iubemus fieri : Interdicimus, quod veta- ...ri. Edicimus etiam vni generi hominum : Interdi- ...iuerſis. Itaque Prætoris edicta, & Interdicta di- ... Interdico, ſeparatim dicendum, legendumque, ...terdico ne velis, non eſt integrum.* Interdico, ne ...ſe extra ædes.] *Id agitur, ne ſub incerto interci- ...uer : & tragœdia fiat ex comœdia.* Meis dictis ...hanc poſtulem.] *Demonſtratiue & accuſatorie ...enc, quaſi tam contumacem.* Hanc qui poſtu- *Quid eſt hanc, vtrum mulierem? an vxorem? an ...acem fœminam?* Ibo intro.] *Sibi ipſi hoc dicit ...ισμῷ.* Edicam ſeruis, ne quoquam efferri ſi- *Et hoc recte poeta : quia ita opus eſt, ne compleat*

*Sall. Nam vim quàm miſericordiam eius experiri ma*

## ACTVS V. SCENA II.

*Iambici quadrati catalectici.*

PHIDIPPVS. LACHES. BACCHIS.

Dim. cat. Nihil apud me tibi deſieri patiar, quin quod
ſit benignè præbeatur.

Oct. cat. Sed cum tu ſatura, atque ebria eris, puer vt ſati
facito.

LACH. Noſter ſocer video venit: puero nutri
adduxit.

Phidippe, Bacchis deierat perſanctè. PH. hæccir
eſt? LA. hæc eſt.

PH. Nec pol iſtæ metuunt deos, neque has reſ
re deos opinor.

B. Ancillas dedo: quolibet cruciatu per me exq
Licet. hæc res hic agitur: Pamphilo me facere, v
deat vxor,

Oportet: quod ſi perficio, non pœnitet me fama
Solam feciſſe id, quod aliæ meretrices facer
gitant.

LA. Phidippe, noſtras mulieres ſuſpectas fuiſſe
Nobis, in re ipſa inuenimus: porrò hanc nunc e
riamur.

Nam ſi compererit crimini tua ſe falſo vxor
didiſſe,

Miſſam iram faciet: ſin autem eſt ob eam rem
tus gnatus,

Q

peperit vxor clàm,id leue eſt: cito ab eo hæc
ibſcedet:
to in hac re nihil mali eſt, quod ſit diſſidio
ium.
lim quidem hercle. LA.exquire: adeſt,quod
: ſit,faciet. BA.faciam.
uid iſtæc mihi narras? an quia non tute ipſe
iſti dudum,
: re animus meus vt ſit Laches? illis modo ex-
animum.
iæſo ædepol Bacchis,quod mihi es pollicita,
vt ſerues.
eam rem vin' vt ego introeam? LA. i, atq; ex-
nimum his.vt credant.
: etſi ſcio pol his fore meum conſpectum in-
m hodie:
iupta meretrici hoſtis eſt, à viro vbi ſegrega-
ſt.
hæ amicæ erunt,vbi quamobrem adueneris,
iſcent.
: ea dem amicas fore tibi promitto, rem vbi
nouerint:
llas errore.& te ſimul ſuſpicione exolues.
rii, pudet Philumenæ: ſequimini me huc in-
ambæ.
uid eſt quod mihi malim, quàm quod huic
llego euenire: (ſit?
tiã ineat ſine ſuo diſpendio, & mihi vnà pro-
i eſt, vt hæc nunc Pamphilum verè ab ſe ſe-
garit:
bi nobilitatem ex eo, & rem natam, & glo-
n eſſe.
etque gratiam ei: vnaq; nos ſibi opera amicos
get.

il apud me tibi defieri patiar.] *Verba nutricis iſſe poeta demonſtrat, oetentis ordine longo quæ ſibi ida ſint, vnde quaſi tædio ſingulorum generaliter ſpõdit.* Nihil apud me tibi defieri patiar.] *Apud it, pro apud eum, vbi futura es.* Defieri patiar.] *t dicere deeſſe: ſed defieri dixit, vt id quod minus vſi-tatum*

tatum eſt, magis delectet auditum. Benigne præ
tur.] Benigne, large. hoc enim eſt gratius, non ſolum
bere, ſed benignè præbere. Sed cum tu ſatura atq;
etis.] Hoc eſt in nutricibus non ſolum non turp
etiam neceſſarium. Et hic ſatur, & hæc ſatura facit.
ſter ſocer video venit.] Noſter blandientis dictu
Vergil. Noſter eris. & magis hoc conſuetudine dictu
quàm integritate. Aut certè ordo eſt, Noſter ſocer
& deinde, video. Aut deeſt Vt, vt ſit, Vt video. Dei
deos iurat. vt, Maria omnia iuro. Aut valde iurat.
chis deierat.] Si correptè, deierat, deos iurat. ſi pro
valde iurat. Et benè ſenem iratum præoccupauit, di
deierat ſanctè: ne confligeret cum meretrice, & fieret
lis longior. Hæccine ea eſt?] Imitanda irati conte
tio: quaſi dicat, hæc eſt quam vxori Pamphilus ante
Nec pol iſtæ metuunt deos.] Hoc argumentum e
illam vera iurare. ſanctum, ait iuſiurandum eſt, di
tis religioſo, aut ſupplicis ſacrilegorum: At vero ne
gioſæ ſunt meretrices, inquit, nec dant pœnas: quipp
à diis contemnantur. Tale eſt apud Virg. de violato
qui vindicatus non eſt: Nouimus & qui te, tran
tuentibus hircis. Et quo, ſed faciles Nymphæ riſere,
lo. Neque has reſpicere deos opinor.] Et inf
ſunt inquit, quàm in quas dij vindicent. Neq; has
cere deos.] Nec merentur vt diis pœnas referant
nec curæ diis eſſe dignæ ſunt. Et eſt ἀμφιβολία, qua
manifeſta eſt. Ancillas dedo] Repudiato iureiu
ad aliud tranſit firmius argumentum. Quolibet c
tu per me exquire.] Per me, hoc eſt, me permitten
quod per legem tibi non licet, per me liceat: Per me
me autore & permittente. Hæc res hic agitur.]
intelligendum eſt, quaſi dicat, Hoc agebamus cum
uenires: aut cum aſſeueratione pronunciandum eſt.
Res, veritas, quaſi dicat, Hic non verba ſunt, ſed res a
Hæc res ſic agitur.] Propoſitio eorum quæ dictu
hoc modo, Hæc res hic agitur. quæ res? Pamphilo me
re, vt redeat vxor, oportet: quod ſi perficio, non pœni
famæ, ſolam feciſſe id, quod aliæ meretrices facere
tant. Multa Terentius feliciter auſus eſt, arte fretus
& ſocrus bonas, & meretrices honeſti cupidas, præte

pe

*ulgatum eſt, facit: ſed tanta vigilantia cauſarum & rum momenta ſubiungit, vt ei ſoli merito videantur s licere. nam hoc contra illud eſt, quod alibi ait com- eſſe iam omnibus Comicis bonas matronas facere, trices verò malas.* Non pœnitet me famæ.] *Hæc* λιτότης *dicitur. minus enim dicit quàm ſignificat. non pœnitet me famæ, pro eo quod eſt, magnam fa- cupidè acquiſiuerim, ſignificat.* Non pœnitet me e.] *Ne quæreremus, qui hoc meretrici prodeſſe poſſet.* m feciſſe.] *Bene ſolam: ne neſciſſe officium meretri- eta videretur.* Solam feciſſe id, quod aliæ mere- s facere fugitant.] *Id eſt, reconciliaſſe vxorem ma-* Noſtras mulieres ſuſpectas fuiſſe.] *Id eſt, in ſu- ne poſitas. Nam eſſe ſuſpectas, ambiguum eſt, & eius partem manifeſtã videmus.* Nobis in re ipſa.] *s aut abundat, aut cum moleſtia noſtra ſignificat.* o hanc nunc experiamur.] *Porro nunc, futurum us oſtendit. nam ſi iam inueniſti quid, experiaris & uæ reſtant in reliquum tempus: quia iam de præteri- rgata eſt.* Hanc experiamur.] *Id eſt, vtamur ope- u.* Ctimini tua te falſo vxor credidiſſe.] *Crimen ie dicitur id quod falſum eſt. Cicero, Veruntamen ametſi criminoſum id eſt, id eſt, falſa inſimulatio eſt.* nini.] *Crimen nunc, pro falſa ſuſpicione. Vergil. For- ne crimen acerbat. &, ſemperque, & odii ſed crimi- Drances Infeſtus iuueni Turno. Id eſt, & quod eum , & quod ſe illi odio eſſe ſuſpicaretur.* Cito ab eo ira abſcedet.] *Bene. in duabus enim perſonis cauſa tur eſſe turbarum, ſocrus & Pamphili.* Profecto in re nihil mali eſt quod ſit diſſidio dignum.] *Mo- er, quaſi quærendo, & diſcutiendo, hoc intulit.* Diſſi- ] *Diuortio* Velim quidem hercle.] *Vt nihil ſit di- n, hoc eſt non peccauerit Pamphilus.* Quod ſatis ſit ет.] *Id eſt, quicquid ad plenam ducit purgationem, t.* An quia non tute ipſe.] *Correptio eſt. nam au- t, Manere hanc affinitatem inter nos volo.* Illis mo- exple animum.] *Quaſi dicat: quæ amaræ ſunt & ſtæ.* An quia non tute ipſe audiſti dudum, De re animus meus vt ſit?] *Vtrum quia dixit, Manere itatem hanc inter nos perpetuam volo? an quia apud*

*vxorem defendit adoleſcentem in amore meretricis?* ( mihi pollicita es, tute vt ſerues.] *Id eſt, iuſiurand pud mulieres.* Quid iſtuc mihi narras?] *Reprehen quaſi longorum verborum Lachetis.* Ob eam rem ego introeam?] *Vis dicit, vt oſtendat in hac re cu tionem ſuam.* Nam nupta meretrici hoſtis eſt.] *etiam hoc præſtruit poeta, ne non veriſimile videatu tuiſſe meretricem concorditer cum pellice agere. Na pta meretrici hoſtis, alia ſcilicet inimica.* At eaſdem cas tibi fore.] *Hic quidem ſenes. verum aliæ cauſ quæ mulieres faciunt moleſtias: & hæ autem ſpecta bus notæ ſunt ex argumento.* Et ſimul ſuſpicione ues.] *Hoc eſt quod ſupra dixit, crimen nos quoque cionem interpretati ſumus.* Exolues.] *Expedies.* P Philumenæ.] *Pudet duo ſignificat, ſiue ille peccarit pudet, ſiue ille cuius pudet. Et familiariter Philu tanquam notæ ex Pamphilo.* Sequimini me huc ambæ.] *Ancillis dicit, quæ ſunt κωφα πρόσωπα.* P Philumenæ.] *Conſcientia communis viri & pelli* Quid eſt quod mihi malim, quàm quod huic.] *ſus hic eſt. Quid eſt quod magis optem mihi euenire, quod ſimul proderit etiam meretrici?* Quid eſt quo hi, &c.] *Sic hoc ergo intulit pro nouo. Mirandum eſt euenire potuiſſe, vt idem & ſeni & patri proſit, quo retrici* Quid eſt quod mihi malim.] *Vt amicitia & ſibi proſit. Et oſtendit commune ſibi bonum eſſe.* nire.] *Euenire, bis ſubaudiendum.* Vt gratiam ine ne ſuo diſpendio.] *Rectè: Difficile eſt enim gratia re ſine damno.* Et mihi proſit.] *Mirè: quia difficile micum ſine damno acquirere. Et quia cum lucro no tuit dicere: & hoc ipſum bonum fecit, quia ſine da Ergo velut tria ſunt: vt gratiam ineat, Vt ſine damn vt mihi proſit.* Pamphilum verè ab ſe ſegregarit.] *prie à meretrice ſegregari dicitur: ab vxore, disiungi.* ſibi nobilitatem ex ea re natam.] *Quaſi dicatur, quam amauit Pamphilus. Sed hoc ſentire & dicere, eſt ſtulta pietate magnificantis filium, vt, Meum gna rumor eſt amare. Et propriè nobilitatem dixit. nam & retrix, & gladiator nobiles dici ſolent.* Scit ſibi.] *nimis amat, ait Nobilitatem.* Ex eo.] *Vtrum ex Pam*

*lo*

*ſ ex eo, ex ea re: id eſt, quod ſegregauerit vere ab ſe ·hilum, & hoc eſt melius. Nam nobilis meretricis eſt, mere, ne alterum non inueniat. Aut nobilis eſt co- n fieri etiam ſenibus.* Rem natam.] *Ex patrocinio icitiæ ſenis.* Gloriam.] *Ex facto raro in meretrici-* t rem natam.] *Quia multa in eam cõtulit.* Et glo- eſſe.] *Quia defendit eum apud ſoceros, & vxorem: ɔd marito meretrix coniugem reddit.*

## ACTVS V. SCENA III.

*ochaici octonarij catalect. Iamb. quad. catalect.*

PARMENO. BACCHIS.

epol nę meam herus eſſe operam deputat par- ıı precii,
b rẽ nullã miſit, fruſtra vbi totũ deſedi diem,
niũ hoſpitẽ dũ expecto in arce Callidemidẽ:
neptus hodie dũ illic ſedeo, vt quiſq; venerat,
ebam: adoleſcens dic dum quæſo, es tu My- ius?
am: at Callidemides? non. hoſpitem ecquem aphilum
bes? omnes negabant: neq; enim quenquam arbitror.
; hercle iam pudebat: abii. ſed quid Bacchidẽ ſtro affine exeuntẽ video? qd huic hic eſt rei?
Parmeno opportune te offers: propere curre Pamphilum.
Quid eo? BA. dic me orare vt veniat. PA. ad te? imò ad Philumenam.
uid rei eſt? BA. tua quod nihil refert, percon- deſinas.
hil aliud dicam? BA. etiam, cognoſſe annulũ n Myrrhinam (ſcio.
: ſuæ fuiſſe, quẽ ipſus mihi olim dederat. PA.
mne eſt? BA. tantum: aderit continuo, hæc vbi e audierit.
ſſas? PA. minime equidem; nam hodie mihi eſtas haud data eſt,
ſando, atque ambulando totum hunc con- diem.

Iamb. quadr. acatal.

BA. Quantam obtuli aduentu meo lætitiam P[...]
philo hodie?
Quot cõmodas res attuli? quot autem ademi cu[...]
Gnatum ei reſtituo, qui penè harum ipſiusque [...]
ra periit:
Vxorem quam nunquam eſt ratus poſthac ſe h[...]
turum, reddo:
Qua re ſuſpectus ſuo patri, & Phidippo fuit, ex[...]
Hic adeo his rebus annulus fuit initiũ inueniu[...]
Nam memini ab hinc menſes decem fere ad m[...]
ćte prima (i[...]
Confugere anhelantẽ domum ſine comite, vin[...]
Cum hoc annulo: extimui ilico: mi Pamphil[...]
O quam amabò,
Quid exanimatus es obſecro? aut vnde ann[...]
iſtum nactus?
Dic mihi: ille alias res agere ſe ſimulare: poſt[...]
id video,
Neſcio quid ſuſpicarier: magis cœpi inſtare vt [...]
Homo ſe fatetur vi in via * virginem neſcio [...]
compreſſiſſe.

* virginem ſupereſt.

Dicitque ſeſe illi annulum, dum luctat, detrax[...]
Eum hæc cognouit Myrrhina in digito mo[...]
habentem:

Annulũ diſſyllabũ eſt.

Rogat vnde ſit: narro omnia hæc: inde eſt [...]
tio facta,
Philumenam eſſe compreſſam ab eo, & filiu[...]
hunc natum.
Hæc tot propter me gaudia illi contigiſſe læt[...]
Etſi hoc meretrices aliæ nolunt: neque enin[...]
rem noſtram,
Vt quiſquam amator nuptiis lætetur. verũ E[...]
Nunquam animum quæſti gratia ad malas [...]
cam partes.
Ego dum illo licitum eſt, vſa ſum benigno, [...]
do, & comi:
Incõmode mihi nuptiis euenit factum, fateor
At pol me feciſſe arbitror, ne id merito mihi [...]
Multa ex quo fuerint commoda, eius incom[...]
æquum eſt ferre.

depol næ meam herus eſſe operā deputat parui etii.] *In tota hac fabula ſeruus piger, & curioſus in- ur: neq; quicquam illi euenit ex ſententia ſua.* Ae- l nę meam.] *Totum à ſtomachāte dicitur quaſi qui aximè iniuriam perſenſerit.* Aedepol nę meam.] *ſcena καταστροφὴ populo exponitur.* Deputat parui .] *Quia ſic ſcilicet abutitur. Deputat parui eam, qui it eam in re nullius precij conſumendam.* Fruſtra ibi n deſedi diem.] *Deeſt Illuc, vt ſit, Illuc, vbi fruſtra deſedi diem.* Totum deſedi diem.] *Nota accuſa- iſu vſum eſſe.* Myconium hoſpitem dum expe- *Memoriter & vigilanter ſeruus Myconium hoſpi- Callidemidem dixit, ne videretur negligentia, vel one ſua non inueniſſe ad quem m ſſus eſt.* Myconiū tem.] *Bene oſtendit ſe memorem & ſignorum & no- n, vt videatur verè illuſus cum operā dederit.* Itaq; 1s.] *Moraliter additum ineptus. Et ineptus, quaſi s.* Adoleſcens dic dum quæſo.] *Vernaliter & ſeipſum ſeruus imitatur: & eſt μίμησις.* Es tu My- s?] *Nam vt tria mandata ſunt inquirenda: tria in- ſunt ordine.* Omnes negabant.] *Bene tranſit à κῶ ad διηγηματικὸν, & συντόμως.* Neque enim quam eſſe arbitror.] *Id eſt, non puto eum eſſe in* . Iam pudebat.] *Sedere, an interrogare?* Ab no- ffine exeuntem video?] *Satis moraliter induci- nus dicere, ab noſtro affine, cum domini eius ſit, non Sic & prius, Noſter ſocer video venit: pro Pamphilē* Exeuntem video?] *Doctè poeta præmonſtrat locu- perſonam.* Quid huic hic eſt rei?] *Rurſus curio- il ſciturus eſt & excurſurus piger.* Parmeno op- nè te offers.] *Attendendum quod ab initio comœ- ; ad finem Parmeno mittitur vt currat; & celatur, iat quod curioſe deſiderat.* Propere curre ad Pā- n.] *Facete poeta inde incipientē facit. quod ille mi- uit: dicendo curre.* Quid eo?] *Id eſt, ad Pamphilū.* ] *Video curioſum nō recuſare laborem, quo cauſam* d te?] *Non ad te conueniendam, ſed domum, Ad te at.* Imo ad Philumenam.] *Mire tota fabula in- quamobrem currat Parmeno.* Quid rei eſt?] *Totā ſona.* Tu quod nihil refert, percōtari deſinas.]

οἰκονομικὴ διάνοια: *& eximie dixit, quaſi minus ſit i* *riũ prohibere interrogare, quàm interrogãti non reſ* *re. E: memento hæc eſſe cui in principio nihil celauer* *philus.* Nihil aliud dicã?] *Vult rem per mãdata co* *re.* Etiam cognoſſe annulũ illum Myrrhinam.] *aduerbium eſt vel cõſentientis vel reminiſcentis, ſed* *reminiſcentis modo. Sic Cicero, Etiã, quod pene præter* *pella quædam eſt mire facta.* Scio.] *Non audio, in* *ſed ſcio.* Sed ceſſas?] *Hoc eſt, tardas, & quieſcis. vrg* *tem eum curſu.* Minime equidem.] *Ceſſo ſubau* Poteſtas haud data eſt.] *Ceſſandi ſcilicet.* Ita cu do atq; ambulando.] *Eſt enim curſus & nauigã* *equitantis.* Quantam obtuli aduentu meo.] *Re* *pars argumenti per μονῳδίαν narratur.* Quot cõm res attuli?] *Quot, tam multas. Et more ſuo attuli* Quot autem ademi curas?] *Sic ante, Vt metum* *nunc eſt, adimam: atq; expleam animum gaudio.* cõmodas res attuli: quot autem ademi curas? *omnia admirãtis ſunt, vt Vergilius, Quis nouus hic* *ſucceſſit ſedibus hoſpes?* Gnatum ei reſtituo, &c. ἐπιθυμητικῶς. Reddo.] *Redditur nobis quod noſtri cu* *eſt: Reſtituitur nobis, cuius cupidi ſumus. Bene ergo* *reſtituo: vxorem reddo.* Quare ſuſpectus ſuo p Phidippo fuit.] *Ergo nõ vnum beneficium, ſed tr.* Exolui.] *Variauit tempora, reſtituo, reddo, exolui.* memini ab hinc menſes decem.] *Menſes decem* *& recte: vt de hoc peperiſſe demonſtret.* Nocte pı *Primis partibus noctis, vel primore: vt, Vidimus o* *primam ſub vallibus vrbem.* Confugere anhelan *Ex his argumentis poteſt colligi, hunc eſſe qui vi* *vitiauerit.* Confugere anhelantem.] *Vide ſigna* *collateralia: quod confugere vidit, timebat: quod an* *tem, collactatus fuerat: quod domum, celari voleba* *ſine comite, pudendum fuerat facinus: quod vini pı* *temerarium: quod annulum habebat, partum indic* *tis igitur, his indiciis vt virginem apparet vitiata* Pamphile inquam amabo.] *Hac blandimẽta ſu* *ſiebria.* Quid exanimatus es obſecro? aut vn nulũ nactus?] *Principalia ſigna vitii illati, pertu* *& annulus.* Quid exanimatus es obſecro? au

ulum iſtum nactus?] *Breuitate conſulit Terent. nã ra‹ca hæc aguntur, non narrantur.* Simulare.] *Finge. : pro vero falſum tradere.* Ille alias res agere ſe ſi- are.] *Id eſt, alias res agentem ſe fingere: pudebat enim, æ de alterius ſtupro f teri: & ei amicæ, quam tũ de- bat.* Neſcio quid ſuſpicarier.] *Pro aliquid.* Homo tetur vi in via virginem neſcio quam compreſ- .] *Bene additum homo. Et oratorie Neſcio quam, ex aicto omnis error eſt natus. nã appone nomen, & nul- bula eſt* Neſcio quam.] *Vel quia vere neſciebat: vel ſic dicendum fuit, ne amare illã videretur.* Hæc tot per me gaudia.] *Incluſit orationem fabulæ more te hæc in futuro actu expectaremus.* Etſi hoc metere- s aliæ nolunt.] *Color neceſſarius à veriſimili. Se e- tlibi dixiſſe, Bonas matronas facere, meretrices malas, init.* Ego dũ illo licitum eſt.] *An meruerit Pam- is.* Neq; enim eſt in rem noſtram.] *In rem, in vtili- s, id eſt, pro commodo.* Incommode mihi nuptiis e- t.] *Sic dixit, quemadmodũ nos dicimus, Ei male eue- ut bene ei contigit.* Nuptiis.] *Deeſt Ex, vt ſit ex nu-* Incommode mihi nuptijs euenit.] *ἀνθυποφορά. ordo, Incommode mihi euenit ex nuptijs, & incom- pro incommodo.* Factum fateor.] *ἀνθυποφορά.* Ne erito mihi eueniret.] *Ergo hæc dolemus quæ merito ngunt.* Multa ex quo fuerint commoda, eius.] *cur noua omnia fiant, & contra officium meretricis.* ta ex quo fuerint & commoda, eius incommo- æquum eſt ferre.] *Hoc eo tractu vocis, & ea æqua- tate dicendum, quale in Adelphis, Quando eum quæ- occeperis, accipienda, & muſſitanda iniuria eſt ado- ntium.*

## ACTVS V. SCENA IIII.

*mbici quadrati catalectici mixtis Senarijs & tro- chaicis quadratis catalecticis.*

MPHILVS. PARMENO. BACCHIS.

de mi Parmeno etiam ſodes, vt mihi hæc certa
& clara attuleris,
ne in breue hoc conijcias tempus gaudio hoc
lſo frui.

PAR. Viſum eſt. PAM. certóne? PAR. certe. PA. o
ſum, ſi hoc ita eſt. PAR. verum reperies.
PAM. Mane dum ſodes, timeo ne aliud credam,
aliud nuncies.
PAR. Maneo. PA. ſic te dixiſſe opinor, inueniſſe M
rhinam
Bacchidem annulum ſuum habere. PAR. fact
PAM. eum, quem olim ei dedi,
Eaque hoc te mihi nunciare iuſſit: itáne eſt fact
PA. ita, inquam.
PAM. Quis me eſt fortunatior? venuſtatiſque
plenior? egone te
Pro hoc nuncio quid donem? quid? quid? ne
PAR. at ego ſcio. PAM. quid?
PAR. Nihil enim. nam neq; in nuncio, neque i
ipſo boni quid ſit, ſcio.
Iamb. tetr. acat. PAM. Egóne, qui ab Orco mortuum me reduce
lucem feceris,
Sinam ſine munere abire à me? ah, nimium m
gratum putas.
Senarij. Sed Bacchidem eccam video ſtare ante oſtium
Me expectat credo: adibo. BAC. ſalue Pamphil
PAM. O Bacchis, ô mea Bacchis, ſeruatrix mea.
BA. Bene factum, & volupe eſt. PAM. factis v
dam facis.
Antiquamq; adeo tuam venuſtatem obtines:
Iamb. quad. acat. Vt * voluptati obitus, ſermo, aduentus tuus,
cunque adueneris,
* voluntate. Semper ſiet. BA. at tu ecaſtor morem antiquum
ingenium obtines:
Vt vnus hominum homo te viuat nunquam
quam blandior.
PAM. Na ha hæ, túne mihi iſtuc? BA. Recte a
Pamphile vxorem tuam.
Nam nunquam ante hunc diem meis oculis
quod noſſem videram.
Perliberalis viſa eſt PAM. dic verum. BAC. ita r
ament Pamphile.
PAM. Dic mihi, harum rerum nunquid dixti iar
tri? BA. nihil. PAM. neque opus eſt.

ò mutito:placet non fieri hoc itidem, vt in co-
œdijs, (reſciſcere,
nia omnes vbi reſciſcunt: hi, quos par fuerat
nt: quos non autem ſcire æquum eſt,neque re-
iſcunt,neque ſcient. das,dabo.
nò etiam hoc qui occultari poſſe facilius cre-
rhina ita Phidippo dixit iureiurando meo Troch. tet.
dem habuiſſe, & propterea te ſibi purgatum.
AM. optume eſt. (tia.
'oq; hanc rem eſſe euenturam nobis ex ſenten-
.Here,licétne me ſcire ex te,hodie quid ſit quod
ci boni?
quid iſtuc eſt,'quod vos agitis? PAR. non licet.
A.tamen ſuſpicor.
ne hunc ab Orco mortuum? quo pacto? PAM.
eſcis Parmeno
intum hodie profueris mihi, & ex quanta æ- Iamb.acat.
imna me extraxeris.
Imo verò ſcio, neq; hoc imprudens feci. PAM.
go iſtuc ſatis ſcio.
. An temere quicquam Parmenonem præter-
it,quod factu vſus ſit?
I.Sequere me intro Parmeno. PAR.ſequor:equi-
:m plus hodie boni
imprudens, quàm ſciens ante hunc diem vn-
uam. PLAVDITE.

CALLIOPIVS RECENSVI.

'de mi Parmeno etiam ſodes,vt mihi hæc certa.] *Bene hæc repetit.verum eſt enim, vt quod miſere cupi-*
*',id etiam tardius credamus effectum. Sic & in Heaut. vereor magis.* Mane dum.] *Dum abundat.* Sic te di-
'e opinor.] *Miro affectu inducitur vix adduci ad*
*dendum quod gaudet Pamphilus.* Ita inquam.] *Qua-*
*iam ante faſſus,dico.* Quis me fortunatior,venu-
tiſque adeo plenior?] *O beneficia Veneris, cui con-*
*rium inuenuſtus, cui contra reciderit quod amat.*
uid donem?quid? quid?neſcio.] μελλησμός. *vt, Pe-*
*'ine venis erroribus actus? An monitu diuûm?*

*an quæ te fortuna fatigat, Vt triſtes ſine ſole domos, l* *turbida adires?* Nam neq; in nuncio.] *Magis ſcire v* *quam munus accipere.* Nam neq; in nuncio, neque meipſo boni quid ſit ſcio.] *Facete agit Terentius, qu* *magis Parmeno curioſus eſt, tanto magis neſcit illa q* *cupit.* O Bacchis, ô mea Bacchis, ſeruatrix mea.] *B* *additũ, ſeruatrix mea. & mea quod ſupra dixit, amato* *eſt.* Factis vt credam facis.] *Difficile enim erat crede* *his rebus gaudere meretricem.* Vt voluptati obitus.] *bitus, occurſus. Ob enim, ſignificat contra. Ergo obitus* *ditus: legitur &, voluntate obitus.* Obitus, ſermo, uentus tuus.] *Inter obitum & aduentum hoc inter* *quod obitus eſt, quem caſus offert: aduentus, quem volu* *tas & deſtinatus locus.* Túne mihi iſtuc?] *Quia blan* *mentum magis meretricum eſt.* Nunquam ante hu diem meis oculis eam, quod noſſem, videram.] *eſt, nunquam ſic videram, vt eam noſſem.* Quod n ſem.] *Id eſt, quod meminiſſem, quod ſcirem, ac per hoc* *quam videram. vt alibi, Non equidem iſtuc, quod ſci* Dic verum.] *Bene inſtanter ex meretrice quærit, quid* *forma vxoris ſentiat. ſcit enim hanc iudicem eſſe pulch* *tudinis poſſe: vel quod fœmina, vel quod æmula.* N quid.] *Num aliquid, acuendum ergo Quid.* Neque o eſt. adeo mutito.] *Vel tenui dicto.* Non fieri hoc dem vt in comœdijs.] *Mirè, quaſi hæc comœdia non* *ſed veritas. Aut deeſt Alijs?* Vt in comœdijs.] *Deeſt* Omnia omnes vbi reſciſcũt.] *In fine enim comœdiæ* *hil cuiquam celari ſolet* Hic quos par fuerat.] *Hi* *hac comœdia, aut in hac re. Reſciſcere, eſt recognoſcere,* *vix inuenire quod quis neſcierit.* Neque reſciſcent, n ſcient.] *Reſciſcunt ad quos pertinet: & reſciſcunt, qui* *ſciunt: Sciunt qui negligunt. Et reſciſcimus ex alio:* *mus etiam per noſtram opinationem.* Here licétne ſcire ex te.] *Ridicule inſtat ſcire ignoraturus Parm* Egóne hunc ab Orco mortuum?] *Verba ſunt c* *tantis. ideo & ἐλλειπτικῶς loquitur.* Neſcis Parmen *Addidit ſtimulos curioſitati eius.* Imo vero ſcio, nec hoc imprudens feci.] *Recte, parum enim beneficij m* *tum, ſi ab imprudẽte præſtitum videatur.* Temere qu quam Parmenonem prætereat.] *Quod interdum*

*ſem*

*prætereat, quod habet faciendi neceſſitatem.* Te- quicquam Parmenonem prætereat.] *Sibiipſi* *it, & ſe nominat, vt, Degeneremque Neoptolemum e memento. & , Age nunc Phormionem, qui volet,* ).Temere quicquam.] *Vtrum hoc dicit, Non te- eque per imprudentiam geritur quicquid vtile eſt? dicit , Nihil poteſt tranſire temere, quod vtile fa- quin gratiã ſui habeat? An hoc dicit, An quicquã ilus prætereat temere: ita vt non remuneret bonum Parmenonis quod ſibi vtile fuerit? Et conuenit hoc meretrici abeũti.* Feci imprudens, quàm ſciens unc diem vnquam.] *Quia non conuenit ſeruo recte facere , bene addidit imprudens ſibi eue- bene faceret, quod prudens nunquam fecerit. Im- s, quàm ſciens ἀντίθετον ſecundum. nam impruden- ntem reddit, non prudentem.*

# PHORMIO.

## BVLAE INTERLOCVTORES.

| | |
|---|---|
| *ſeruus.* | *Crito aduocatus.* |
| *ho ſenex.* | *Cratinus aduocatus.* |
| *o adoleſcens.* | *Nauſiſtrata matrona.* |
| *ruus.* | *Sophrona nutrix.* |
| *s ſenex.* | *Phormio paraſitus.* |
| *a adoleſcens.* | *Dorio leno.* |
| *duocatus.* | |

## ;VLPITII APOLLINARIS
### *in Phormionem periocha.*

*metis frater aberat peregre Demipho,*
*cto Athenis Antiphone filio.*
*s clam habebat Lemni vxorem, & filiam.*
*s aliam coniugem, & amantem vnice*
*n fidicinam. mater è Lemno aduenit*
*s, moritur, virgo ſola (aberat Chremes)*
*rocurat. ibi eam viſam Antipho*
*naret, opera paraſiti vxorem accipit.*
*& Chremes reuerſi fremere: dein minas*
*a dant paraſito, vt illam coniugem*
*t ipſe. argento hoc em tur fidicina.*
*s retinet Antipho à patruo agnitam.*

# DONATI PROLEGOMEN

## *in Phormionem Terentij.*

*HAnc comœdiam, manifeſtum eſt prius ab Apollo ſub alio nomine, hoc eſt, ἐπιδικαζόμενον Græcè ſcr eſſe, quam Latinè à Terentio Phormionem. Quamob nulla dubitatio eſt, hanc ſolam eſſe cui nomen poeta gauerit: & errare eos, qui in hac Phormionem pa tum putant à formula litis, quam intenderit, nom tum, cum Græca lingua fiſcus ſparteus & ſtramen n eum ſic dicatur: à cuius rei vel capacitate, vel vilitat iam ab Apollodore paraſitus Phormionis nomine nu patur. Hæc igitur proprie tota motoria eſt, & in affecti conſtituta penè maioribus, quam Comicus ſtylus poſc niſi quod arte poetæ omnia moderata ſunt. Primas partes, vt ipſe poeta profeſſus eſt, tenet Phormio: ſecu Geta: tertias Demipho: ſubinde cæteri, prout cui actus oſtendit. Prologus Phormionis nimis concitatu adeo vt ipſe ſemet veluti reprehẽdat ob hanc ipſam p caciam, & ſimul argumentum ſuæ purgationis ind Atque in ea cum & Protaſis, & Epithaſis, & ſtrophe magni molimimis & negotij ſint: ita var poribus aſperguntur, vt etiam rerum triſtium gra tem poeta lepidus Comica ſerenitate tranquillet. Hæ eſt ludis Megal. L. Cornelio Merula AEdili Curuli, Poſtumio Albino: agentibus L. Caſſio Attilio & L. uio: modos faciente Flacco Claudij filio tibijs ſerranis taque de verbis facetiſſimis, & geſtum deſiderat ſcenicum, & ſuauiſſime ornata canticis fuit. Edi eſt quarto loco, M. Valerio & C. Fannio Coſſ. P etiam in huius protaſi non vna eſt, ſed duæ: quarum extra argumentum poſita eſt, cui narratur fabula ra in argumento, quæ narrat fabulam. Argumẽtum que non ſimplicis negotij habet: nec vnius adoleſcenti in Hecyra: ſed duorum, vt in cæteris fabulis. Scire conuenit vno die tranſigi Phormionem: non vt Heau ʒus. Prologus correptè ἀπὸ τοῦ προλέγειν dicitur productè ἀπὸ τοῦ προλόγου. nam officium prolo te actionem quidem rei ſemper eſt: verun & poſt principium fabulæ inducitur, vt apud*

*in Mil te glorioſo & apud cæteros magnæ autoritatis es poetas.*

# ARGVMENTVM.

*m Chremes Demiphonis frater adſcito ſibi ad fallaam nomine, quo Stilphonem ſe dici fecerat, duas eoempore habuiſſet vxores, Athenis diuitem: pauperem i. Ex diuite ſuſtulit filium, qui dictus eſt Phædria: ex ere furtim ſuſcepit atque educauit filiam, Phanium ne, eamque conſilio cum fratre habito, deſtinauit filio Antiphoni vxorem dare. Quibus complacitis, vno ore profecti Athenis ſenes, Demipho in Ciliciam Chreemnum ad accerſendam filiam, quæ iam illinc cum naui gauerat; occaſionem dederunt amandi adoleʟus. Nam ſtatim Phædria Cithariſtriam ſub lenone ardere: Antipho illam filiam patrui Phanium deitam ſibi, neſciens neſcientem, mox vt Athenas venit, trē reperit, falſa duplici eius nomine, matrem mordum lamentatur, adamauit: conſilioq́; & opera paſecundum leges Athenienſium, quaſi ſibi cognata eſnquam in iure victus, & velut coactus, eam accipit m per abſentiam patris. Qui cum aduenißet, & veln expellere, primo confutatur per impudentiam pa: poſt cum ſuo fratre ſic decipitur, vt dum eam credit ntiphone poſſe diſiungi, eam paraſitus ipſe ducat vxo- & det ducturo xxx minas præſentis dotis puellæ noquas Phormio acceptas Phædriæ dedit? Ille lenoni, ad riſtriam redimēdam. Quibus geſtis, tandem Chremes cit filiam ſuam coniunctam eſſe fratris filio. Quare mutato conſilio, xxx minas à Phormione per rixam ur exigere, per eundem proditus vxori ſuæ Nauſi- eſt: & factus libidinis reus, non ante veniam meruit refamilias, quam & triginta minarum, & amoris riſtriæ veniam dediſſet filio. Primus actus eſt in colo Daui & Getæ: per quos diſcit populus argumētum. ndi actus tenor continet aduentum ſenis turbulētum, uſdem iurgium aduerſus Getam & Phædriam. Tertio attribuitur litigium ſenis & Phormionis: tum conio cum aduocatis: tum Antiphonis in ſcenam rediolloquiumq́; cum Geta: tum lenonis & Phædriæ colluctatio:*

*luctatio: tum adhortatio Getæ de inueniendo argen redimendam Phædriæ Cithariſtriam. Quartum actu concelebrant, aduentus Chremetis: eiuſdemque cum deliberatio per errorem de eiicienda Phanio: Getæ de fallendis ſenibus. Antiphonis oratio apud ſemeti de amore tractantis: Getæ rurſus cum ſenibus callid mox cum Antiphone de eadem cauſa ſimplex diſputat num inter ſe colloquium de expulſione mulieris: & a tremum verba Chremetis agnoſcentis nutricem ac pe filiam ſuam cum Antiphone coniunctam. In quinto per Demiphonis errorem Phormio accipit argentum nomine: & conuenitur Nauſiſtrata, vt exire domo co lat Phanium: nuntiatur Antiphoni & Phormioni pe tam, Phanium à patre agnitam, permiſſamq́; vt vxo beatur: quæ cum ita nupta ſit, expoſcitur argent Phormione per rixam ſenum, à quibus ille oppreſſu omnem aperit Nauſiſtratæ: ad quod primum irata, tal re, vxor, mox lenitur in fine fabulæ, & tutiſſim patris iracundia præſtat Phædriam.*

ACTA LVDIS ROMANIS, L. POST MIO ALBINO, L. CORNELIO ME LA AEDILIBVS CVRVLIBVS. EG L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTIL PRAENESTINVS. MODOS FECIT FL CVS CLAVDIVS TIBIIS IMPA TOTA GRAECA APOLLODORV I DICAZOMENOS FACTA QVARTO FANNIO, M. VALERIO COSS.

PRO

# PROLOGVS.

POSTQVAM poeta vetus poetam non poteſt
Retrahere à ſtudio, & tranſdere hominem in ocium:
Maledictis deterrere ne ſcribat, parat:
ita dictitat, quas antehac fecit fabulas,
i eſſe oratione, & ſcriptura leui:
nuſquam * ſcripſit inſanum adoleſcentulum, al. fecit.
am videre, fugere, & ſectari canes,
m plorare, orare vt ſubueniat ſibi.
d ſi intelligeret, cum ſtetit olim noua,
ris opera magis ſtetiſſe, quàm ſua:
s multo audacter, quàm nunc lædit, læderet:
gis placerent, quas feciſſet fabulas.
: ſi quis eſt, qui hoc di at, aut ſic cogitet:
s ſi poeta non la eſſiſſet prior,
ım inuenire prologum potuiſſet nouus,
n diceret, niſi haberet cui malediceret:
i reſponſum hoc habeat: in medio omnibus
am eſſe poſitam, qui artem tractant Muſicam.
d famem hunc ab ſtudio ſtuduit reiicere:
eſpondere voluit, non laceſſere.
dictis ſi certaſſet, audiſſet bene:
d ab ipſo allatum eſt, ſibi eſſe id rellatū putet.
lo iam finem faciam dicundi mihi,
ındi eum ipſe de ſe finem non facit.
: quid velim, animū at ēdite: apporto nouam,
icazómenon qu m vocant comœdiam
ci, Latini Phormionem nominant:
ı primas parteis qui aget, is erit Phormio
ſitus per quem res * agetur maxime. al. geretur.
ıntas veſtra ſi ad Poetam acceſſerit,
: operam: ad e æquo animo per ſilentium:
mili vtamur fortuna atque vſi ſumus,
ı per tumultum noſter grex motus loco eſt.
m actoris virtus nobis reſtituit locum,
itasque veſtra adiutans, atque æquanimitas.

Poſtquam

POſtquam Poeta vetus Poetam non poteſt.] *initium à deſtructione perſonæ aduerſarij ſumitur iunctum cum inſinuatione perſonæ Terentianæ.* P quam poeta vetus poetam non poteſt.] *Nota quam apud veteres non præterito modo ſed etiam pr tempori adiungi: vt, Poſtquam nos Amaryllis habet latea reliquit. Quanquam ſunt qui Poſtquam ſimpl pro Quoniam accipi velint.* Poſtquam poeta ve *Qui iam diu eſt, non qui iam diu fuit. Ergo vt vinu tus: non vetus, vt Ennius.* Poſtquam poeta vetus tam.] *Iocunda repetitio: vt, Diua deam. & Notos puer indue vultus.* Poſtquam poeta vetus po non poteſt.] *ἀντίθετον primum per σύγκρισιν primai vt extrinſecus nouum audi i poetam oporteat.* Retra à ſtudio.] *Sic loquitur, quaſi rem ſcenicam magis l voluerit Luſcius, quàm Terentium.* Tranſdere.] *Tra re veteres ſonantius, quod nos lenius dicimus Trade tralatum, nos tranſlatum è contrario* Et tranſdere minem.] *Comicè & venuſte inſeruit hominem: vt, bus huic hamis conſertam, auroq; trilicem Loricam: Demoleo detraxerat ipſe Victor apud rapidum Sim ſub Ilio alto: Donat habere viro, decus & tutamen mis.* Maledictis deterrere.] *Senſus hic eſt, Ipſe ſe, in aduerſarius fatetur victum, qui à rebus excluſus, a ba delapſus eſt.* Maledictis deterrere.] *Deeſt cu Quarum, quæ forma pulcherrima Deiopeiam, Con iungam ſtabili.* Qui ita dictitat.] *Imprudentiam dit per frequentatiuum verbum.* Quas antehac fabulas.] *Et hic lentum accuſatorem facit, qui præ ingerat, & de quibus iam ſit iudicatum in melius.* T eſſe oratione, & ſcriptura leui.] *Imperitum in criminatorem, qui hoc obiiciat, quod proprium deb Comici ſtyli. Reuera autem hoc deterior Menandro Te iudicabatur, quod minus ſublimi oratione vteretur: ipſum nunc purgat, dicens in tragœdia altiora tra poſſe.* Quia nuſquam inſanum ſcripſit adoleſce lum.] *Ideo videmur leues, tenuesque inquit: quia n comœdia prodigia facta ſunt, & tragœdias concitaui Et callide hic non ſolum errorem reprehendentis, ſed imperite ſcripſiſſe ipſum oſtendit Luſcium Lauin*

ſit.] *Legitur & fecit.* Adoleſcentulum.] *Vt comi-*
*erſonam oſtenderet, artificioſe imminuit adoleſcen-*
*n, quo magis perſona à ſublimitate diſcederet.* Cer-
videre, fugere, & ſectari canes.] *Hic affectus à*
*diis remouendus eſt.* Ceruam videre, fugere, & ſe-
canes.] *Ambiguitas per accuſatiuum caſum, perſe-*
*is vſque ad vltimum de induſtria, vt etiam ipſa per-*
*as odioſa ſit.* Et eam plorare, orare, vt ſubueniat
*Hæc omnis* πρότασις *tragica eſt: & ideo in comœdia*
*e inducitur.* Cum ſtetit olim noua.] *Bene hoc po-*
*eſt, potuit enim reſponderi, Cur igitur ſtetit & non*
*a eſt à populo?* Cum ſtetit olim noua.] *Recte olim:*
*dicat, Cum adhuc Terentius non ſcriberet, penuria*
*rum eſt probata. Deinde quod ait noua, hoc ſignificat,*
*a carmina nouitate ipſa commendari, etiam ſi nullius*
*nti ſint.* Actoris opera ſtetiſſe.] *Vna opera, & ſuf-*
*um ſcenicorum comparat, & lædit aduerſarium.* Mi-
nulto audacter.] *Noue dictum, minus multo au-*
*r: vt cum dicamus nos, minus audacter.* Nunc ſi
eſt qui hoc dicat aut ſic cogitet.] *Omne quod in*
*m venit, aut cogitamus, aut dicimus: vt Verg. Et mi-*
*n multi crudele canebant Artificis ſcelus, & taciti*
*ra videbant. Hic ſenſus eſt. Nunc ſi quis eſt qui hoc*
*aut cenſeat, Improbus eſt Terentius, qui omnes pro-*
*de maledictis facit: habeat is hoc reſponſum ſibi, ad-*
*rium coegiſſe qui prouocauerit. Nam quid faceret*
*tius, cum de palma artis muſicæ certandum videat*
*bi?* Laceſſiſſet prior.] *Aut laceſſiſſet abundat, aut*
Nullum inuenire prologum.] *Prologum modo,*
*ominem, ſed verba ſignificat.* Nouus.] *Hic quod ſu-*
*rætermiſit, veteri ſuppoſuit nouum.* Niſi haberet
naledicerct.] *Mire haberet, quaſi dubium non ſit*
*dicendum eſſe Luſcio.* Is ſibi reſponſum hoc ha-
.] *Huic rei per qualitatem reſpondet: aduerſarium*
*e, vt ſic agat.* In medio palmam omnib. eſſe po-
i.] *Senſus hic eſt, Inueniret inquit: ſed maluit, cum*
*ma certandum ſit, aduerſario reſpondere lædenti. Ve-*
*oratorie manifeſta ſoluere non curauit. hoc eſt, nul-*
*nuenire prologum potuiſſe Terentium: & hoc enim*
*ciendum fuit omnibus & nouis & veteribus poetis.*

Palmam

*Palmam pro cauſa certaminis poſuit. Et ideo non eſt* *randum, ſi pugnant quibus cauſa certaminis præſt* Qui artem tractant muſicam. ] *Verg. Nec quicqui* *bique eſt Gentis Dardaniæ magnũ quæ ſparſa per or* *& ποιητικῶς, pro qui comœdias ſcribunt.* Ille a mem hunc ab ſtudio. ] *Hic maxime incipit ſoluere* *ſibi ſuperius ipſe propoſuit.* Ille ad famam hunc ab dio. ] *Nunc quid eſt, inquit, poetam vituperare, n* *famem reiicere? nam poetæ probi ſuas vendebant fab* *& harum preciis alebantur.* Ille ad famem hun ſtudio. ] *Cur laceſſitus reſpondes? certamen eſt, inquit,* ſtudio ſtuduit. ] *Vetuſte, vt, Luſerat ludum, & pug* *pugnauit.* Benedictis ſi certaſſet. ] *Quia ſupra dix* *medio omnibus palmam eſſe poſitam, quaſi dicat, quic* *in certamen venerit, in eo vincendos æmulos eſſe.* Si taſſet. ] *Certaſſet αὐτὶ τοῦ prouocaſſet, ab eo quod præced* *quod ſequitur. Verg. nec te certaſſe priorem Pœniteat.* diſſet bene. ] *Bene audire, eſt bene dici, laudari.* Q ab illo allatum eſt ] *Id eſt maledictum.* Quod ab allatum eſt, ſibi eſſe id rellatum putet. ] *Prouer* *eſt, Quod dedit recepit. & geminauit l: vt, Relliquias* *naum.* De illo iam finem faciam dicundi mihi. ] *ἐπιεικείας τοῦ λέγοντος.* Dicundi mihi, peccandi cum de ſe finem non facit. ] *Et mihi, & de ſe proprie* *tum eſt: & præterea ἀμφιβολία.* Peccandi. ] *Maled* *di.* Peccandi cum ipſe de ſe finem. ] *Prius inquit* *de illo finem faciam, quàm ipſe de ſe. An, prius dicend* *faciam, quàm ille peccandi finem? Non facit, pro no* *ciat. vt, Mirum ni ego me turpiter hodie dabo.* Nunc velim animum attendite. ] *Deeſt, Quæritis, vt ſit, N* *quid velim, quæritis? animum attendite.* Apporto uam. ] *Nouam, Latinam dicit.* Epidicazomenon q vocant Comœdiam. ] *Hic manifeſtè errat Teren* *nam hæc fabula quam tranſtulit, Epidicazomene dict* *à puella de qua iudicium eſt: cum ſit alia Epidicazom* *eiuſdem Apollodori. Debuit ergo dicere Epidicazom* *Græci, Latini Phormionem nominant. Φόρμιον tegicu* *dicunt Græci, quo inſternitur pauimentum: vnde Ph* *mio correpta prima ſyllaba apud Apollodorum eſt.* *ergo à formula, vt quidam putant, dictum eſt. Ergo i*

*paraſ*

ſitus viliſſimæ conditionis homo, nomen accepit. Quia es primas qui agit.] *Primas nunc, maximas. ad a- m enim retulit. Cicero, Sæpe illum qui eſt ſecundarum ertiarum partium.* Phormio eſt.] *Si à formula eſſet n comœdiæ, primam produceremus ſyllabã: ſi à Phor- e, corripere debemus.* Per quem res agetur maxi- *Quia primæ partes etiam aliud ſignificant. non ergo primum actum dicit, ſed ſummas partes. Et bene ma- quia & per alios.* Voluntas veſtra ſi ad poetã ac- rit, date operam.] *Si voluntas acceſſerit: pro, ſi fa- is. Noue ſic voluntatem pro fauore poſuit.* Adeſte æ- animo.] *Fauor in comœdia ſilentium ſpectatoris eſt, ergo addidit per ſilentium.* Aequo animo.] *Nunc ſitio eſt.* Ne ſimili vtamur fortuna atque vſi ſu- ] *Ne populum læderet, fortunam maluit accuſare.* per tumultum noſter.] *Apparet Hecyram ante nionem actam eſſe: cui contigit id quod queritur po- n ſubaccuſans.* Noſter grex motus loco eſt.] *Lo- diſtributio temporum, quæ cuique in ſpectaculum ro attribuuntur ab AEdilibus, vnde loco motus di- qui ſuas horas non obtinuerit inter præcedentes & uturos. Ergo proprie. Sic & Cicero, Loco ille motus m eſt ex vrbe pulſus.* Quem actoris virtus.] *Vbiq; t actorem: eſt enim poetæ vtile.* Quem actoris vir- *Qui excluſus toties, animum non abiecerit, ſed per- uerit agere, ideo virtus.* Reſtituit locum.] *Bene re- t locum, vt ἀμφιβολίαν vitaret: ne Quem tumul- icere videretur.* Bonitasq; veſtra adiutans, atque nimitas.] *Bonitas in omnibus generaliter rebus eſt: animitas, in ſpectando. An bonitas in probandis his ona ſunt: Aequanimitas, in ignoſcendis vitijs atque is? An παντοπολία eſt? An bonitas circa omnes, anjmitas circa Terentium?* Bonitasque ve- *Ne totum actori tribuens, nihil populo præter cul- n reliquiſſe videretur, honoris cauſa hoc addidit.*

Adiutans.] *Sic veteres dicere malue- runt quàm adiuuans.*

# ACTVS PRIMI
## SCENA PRIMA.
### DAVVS, *ſeruus.*

AMicvs ſummus meus, & popu
ris Geta
Heri ad me venit: erat ei de rati
cula
Iampridem apud me reliqu
pauxillulum
Numorum: id vt conficerem, confeci: affero.
Nam herilem filium eius duxiſſe audio
Vxorem: ei credo munus hoc corraditur. (b
QVAM INIQVE comparatum eſt, hi qui minus
Vt ſemper aliquid addant diuitioribus?
Quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo,
Suum defraudans genium, comparſit miſer,
Id illa vniuerſum abripiet, haud exiſtimans
Quanto labore partum: porro autem Geta
Ferietur alio munere, vbi hera pepererit.
Porro alio autem, vbi erit puero natalis dies:
Vbi initiabunt: omne hoc mater auferet:
Puer cauſſa erit mittundi: ſed videon Getam?

AMicus ſummus meus & popularis Geta.] *Qu omnibus fere comœdijs in quibus perplexa argum ſunt, fieri ſolet, id in hac quoque Terentius ſerua* προτατικὸν πρόσωπον, *id eſt perſonam extra argum inducat: cui dum ob hoc ipſum, quod veluti aliena tot bulæ eſt, geſta res narratur, diſcat populus textum ex tinentia rerum, ſitque inſtructus ad cætera.* Amicus ſ mus meus & popularis Geta.] *In hac ſcena qu cendi atque inſtruendi ſpectatoris cauſa inducitur, extrinſecus lepores facetiæque cernuntur, & ſales co Id enim eſt artis poeticæ, vt cum narratione argum detur opera, tam tamen res agi, & comœdia ſpectari v tur.* Amicus ſummus meus, & popularis Geta.] *nuatio perſonæ eius quæ inducitur ad audiendum. Et ſeruum oſtendi Dauum, & non oſtendi cuius ſeruus ſi* micus ſummus meus.] *Cauſa cur in ſcenam pro*

*Da*

uis. amicus à voluntate: Popularis à fortuna. Popula-iuſdem conditionis, gentiſque. Salluſtius, Popularis ſceleris. Et popularis, populo amatus, & popularis ci-& popularis humilis, & popularis vilis, è populoque is, vt ſi quis dicat ſordidum, popularem ciuē. Amicus mus meus.] Dauus extra duas familias inducitur, in hac ſunt fabula, alienus, ac per hoc ignarus; cui et Geta argumentum. Heri ad me venit.] Propter ationem E & I literarum, non dubitauerunt antiqui re & heri dicere, & mane & mani, & veſpere & ve-Erat ei de ratiuncula.] Deeſt, nā. ſed mire ſubtra-eſt. Erat ei de ratiuncula.] Opportuna diminutio in uili, ratiuncula, & pauxillulum. Erat ei de ratiun-] Moraliter intulit, Erat ei. Magis enim facetū & co-m eſt, cum ἀσυνδέτως infertur, quam ſi diceret, nam e-i. Iampridem apud me reliquum] De argumento tur cauſa colloquij. Nam debui inquit Getæ: & ille igit vt numeretur domino ob nuptias factas. Pau-lum.] Quartus gradus diminutionis, paulum pau-n: pauxillū, pauxillulū. Id vt conficerem.] ἔλλειψις a. Et conficerem proprie. nam fieri pecunia diceba-Salluſt. Quæ pecunia ad Hiſpanienſe bellum Metello erat. Conficerem] Quia in promptu non erat. Cō-afferο.] Bene: quaſi reddendi moræ non habere cauſā t. Nam herilem filium.] τρόφιμον Græci dicunt: at-haud ſcio, an Latini quoque alumnum dicere pote-niſi hoc mallent. Nam herilem filium eius duxiſ-dio vxorem.] Mirè ſe applicat argumento. Ei cre-munus hoc corraditur.] Mirè: heri quidem fuerunt iæ, ſed adhuc munus corraditur. quia in nuptijs etiam nus dies, inſtaurationem voti non habet, vt in funere s dies, quo parentalia concluduntur. Et credo] V-ſcilicet, munus. Munus hoc corraditur.] Hoc pecu-ilicet, erit: & eſt figura ἐπεξήγησις. Credo.] Credo, erè ſcio. Et ei, an vxori, an abſolutè? vt ſit, ei rei? Cor-tur.] Apta in verbo difficultas. vt in Adelphis, is decem corradet alicunde: & Corraſi omnia. Quam uè comparatum eſt] Miro ἰδιωτισμῷ morem ege conqueritur. Comparatum] Conſtitutum eſt le-Et hi qui minus habent, & ditioribus dixit: ne di-

*ceret ſerui dominis, vult enim latius patere quod dicit: generalem eſſe ſententiam.* Quàm iniquè comparat eſt, hi qui minus habent.] *Garrulos ſeruos & ſen tioſos amat comœdia: triſtes, & parcè loquentes, Tragœ* Vt ſemper aliquid addant.] *Mirè non dent, ſed add. & non aliquando, ſed ſemper.* Ditioribus.] *Pro m pauperibus.* Quod ille.] *Doctè ad ſingularem nume tranſit à plurali.* Quod ille.] *Redit ad Getā.* Vnciati *Sic veteres, Multa vnciatim. Cum expenſa pecunia fe tur more veterum: non vt nunc, annumeraretur: Aſſ bra erat, eiuſque partes vnciæ. Rurſus vnciæ vnius du cima pars, libella dicebatur. Merito ergo, non per ſing ſeſtertios, neq; per ſingulos denarios, neque per ſingul ſes: ſed id quod ὑπερβολικῶς minimum fuit: per ſing vncias, vnciatim dixit. Et Cic. Ecquis Volcatio, ſi ſua ſ te veniſſet, libellam vnam dediſſet?* Vnciatim.] *Vi tuit, & vnciatim, & cito conſlari peculium, vt multa xillatim, & cito fiunt maxima. merito ergo additū Vix. Sed quid ſi & vnciatim, & vix, & tamen de lucr dit?* De demenſo ſuo, *inquit. Quid ſi ex abund* Suum defrudans genium. *Deinde, non* acquiſiui comparſit. *Et ad poſtremum,* miſer: *vt iniquitas co tudinis comploratione finiretur.* De demenſo ſuo.] *quaternos modios accipiebant frumenti in menſem: demenſum dicebatur. & vtrum à menſe, an à metienc certum eſt.* Suum defrudans genium.] *Vt contra nialia curare dicitur, qui viuit lautius.* Id illa.] *T ſcilicet.* Vniuerſum abripiet.] *Contra illud quod v tim dixerat.* Vniuerſum abripiet.] *Magna virtus p ſingulis ſyllabis: contra illud quod ait, Ille, Illa retuli tra Vnciatim, vix, & de demenſo ſuo, Vniuerſum: con quod ait, Munus corraditur, Abripiet: contra, Suū dans genium, & comparſit miſer, Haud exiſtimans q labore ſit partum.* Haud exiſtimans.] *Haud exiſti vel intelligens, vel recogitans, ac reputans: Haud exiſ pro æſtimans. Sall. Si Quirites pacem exiſtimau* Quanto labore partum ſit?] *Hoc ſic pronunciādu quaſi nunc & venerit in mentem ſæpius paſſurum quod ſemel tolerare grauiſſimum iudicauerit.* Qu labore.] *Vt, relliquias Troia ex ardēte receptas.* Part

Pr

prie dicitur partum, de eo quod labore quæſitum eſt: i nullus partus ſine dolore ac labore. Porro autem a ferietur.] *Ad paupertatem retulit ferietur: nam & mnum plaga: & res, ſanguis noſter dicitur.* Ferietur a- munere.] *Significanter, non fungetur munere, ſed fe- ur dixit.* Ferietur alio munere.] *Ex conſuetudine tur. Nam & plagam, damnum: & ſumptum, ſangui- noſtrum dicimus.* Vbi hera pepererit.] *Quæ ſupra dicta eſt.* Porrò alio autem.] *Et alio quod dicit, pro tis pronũciandum eſt.* Vbi erit puero natalis dies.] *adiectione temporis, cuiuslibet natalis dies melius ur: vt natalis locus, & natale aſtrum: ſed Vergilius iens perſonæ ruſticæ, Meus eſt natalis Iola, inquit, ddidit, dies.* Vbi initiabunt.] *Hoc vultuoſe pro- ciandum.* Vbi initiabunt.] *Vt quidam cibo & potu, uidam ſacris.* Vbi initiabunt.] *Legitur apud Varro- nitiari pueros Eduliæ, & Poticæ & Cubædini, edendi otandi & cubandi, vbi primum à lacte & à cunis ſierunt, quod Verg. Nec deus hunc menſa, dea nec di- a cubili eſt. hoc annotauit Probus. Sed Terentius A- dorum ſequitur, apud quem legitur in inſula Sama- cum à certo tempore pueros initiari more Athenien- . quod, vt in Palliata, probandum eſt magis.* Vbi ini- unt.] *Hoc ſic inferendum eſt, non quaſi hoc ſolum ſit, uaſi defatigatus ſit enumerando occaſiones dandorum ierum.* Omne hoc mater auferet.] *Hoc retulit ad entis irriſionem, qui putat ſe puero dare.* Mater au- t.] *An nutrix? an vera mater?* Puer cauſa erit mit- di.] *Proprie dixit mittundi, de muneribus.* Sed vi- n' Getam?] *Locuturum oſtendit Getã.* Sed videón' am? ] *Apparet poetam nihil putaſſe amplius adden- ad inſinuandum populo perſonam Daui, & ideo induxit exeuntem Getam, vt ſit cauſa commutandæ ionis.*

## ACTVS I. SCENA II.

### GETA, *ſeruus.* DAVVS.

quis me quæret rufus. DA. præſto eſt, deſine. Senarij.
GE. oh,

At ego obuiam conabar tibi Daue. DA. accipe, h
Lectum eſt, conueniet numerus quantum debu
GE. Amo te, & non neglexiſſe habeo gratiam.
DA. Præſertim vt nunc ſunt mores: adeo res redi
Si quis quid reddit, magna habenda eſt gratia.
Sed quid tu es triſtis? GE. egóne? neſcis qu
metu, &
al. ſimus. Quanto in periculo * ſim. DA. quid iſtuc eſt?
ſcies,
Modo vt tacere poſſis. DA. abi ſis inſciens:
Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris,
Verere verba ei credere? vbi quid mihi lucri eſt
Te fallere? GE. ergo auſculta. DA. hanc operam
dico.
GE. Senis noſtri Daue fratrem maiorem Chre
Noſtin'? DA. quid ni? G. quid eius gnatum Phæ
DA. Tanquã te. GE. euenit ſenibus ambobus ſi
Iter illi in Lemnum vt eſſet, noſtro in Ciliciam
Ad hoſpitem antiquum: is ſenem per epiſtolas
Pellexit, modo non montes auri pollicens.
DA. Cui tanta erat res, & ſupererat? GE. deſinas:
Sic eſt ingenium. D. oh, regem me eſſe oportui
GE. Abeuntes ambo hinc tum ſenes, me filijs
Relinquunt quaſi magiſtrum. DA. ô Geta,
uinciam
Cepiſti duram. G. mihi vſu venit hoc, ſcio:
Memini relinqui me, deo irato meo.
Cœpi aduerſari primò. quid verbis opus eſt?
Seni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi.
DA. Venere in mentem iſthæc mihi. nam quæ
tia eſt,
ADVORSVM ſtimulum calces? G. cœpi his omi
Facere, obſequi quæ vellent. D. ſciſti VTI foro.
G. Noſter mali nihil quicquam primò: hic Phæ
Continuò quandam nactus eſt puellulam
Citharistriam: hanc amare cœpit perditè:
Ea ſeruiebat Lenoni impuriſſimo:
Neq; quod daretur quicquam, id curarant patr
Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere,
Sectari, in ludum ducere, & reducere:

otioſi operam dabamus Phædriæ.
uo hæc di cebat lu do, ex aduorſum ei loco
ſtrina erat q uædam. hic ſolebamus fere
unque eam opperiri, dum inde iret domum.
rea dum te nus illic, interuenit
leſcens qui dam lacrumans: nos mirarier.
amus quid ait: Nūquam æquè inquit, ac modò,
pertas mihi onus viſum eſt & miſerū, & graue.
do quandam vidi virginem hîc viciniæ
eram, ſuam matrem lamentari mortuam.
ita erat ex aduerſo, neque ei bene volens,
ue notus, neq; cognatus, extra vnam aniculam,
ſ aderat, qui adiutaret funus: miſeritū eſt,
o ipſa facie egregia: quid verbis opus eſt?
n bat omnes nos: ibi continuo Antipho,
tis eamus viſere? alius, cenſeo.
ius: duc nos ſodes. Imus, venimus,
emus: virgo pulchra, & quo magis diceres,
il aderat adiumenti ad pulchritudinem:
illus paſſus, nudus pes, ipſa horrida:
rumæ, veſtitus turpis: vt ni vis boni
pſa ineſſet forma, hæc formam extinguerent.
, qui illam amabat fidicinam, tantummodo
s, inquit, ſcita eſt: noſter verò. DA. iam ſcio:
are cœpit. GE. ſcin' quàm? quò euadat vide.
tridie ad anum recta pergit: obſecrat,
ſibi eius faciat copiam. illa enim ſe negat:
que eum æquum ait facere: illam ciuem eſſe Atticam,
nam, bonis prognatam. ſi vxorem velit,
ge id licere facere: ſin aliter, negat.
ſter quid ageret, neſcire: & illam ducere
piebat, & metuebat abſentem patrem.
. Non ſi rediſſet pater, ei veniam daret?
. Illéne indotatam virginem, atque ignobilem
ret illi? nunquam faceret. DA. quid fit denique?
. Quid fiat? eſt paraſitus quidam Phormio,
mo confidens: qui (illum dij omnes perduint.)
. quid is fecit? GE. hoc conſilium, quod dicam dedit,

Lex eſt, vt orbæ, qui ſint genere proximi,
Eis nubant: & illos ducere eadem hæc lex iubet:
Ego te cognatum dicam, & tibi ſcribam dicam:
Paternum amicum me aſſimulabo virginis;
Ad iudices veniemus, qui fuerit pater,
Quæ mater, qui cognata tibi ſit, omnia hæc
Confingam: quod erit mihi bonum atque cc
modum.
Cùm tu horum nihil refelles, vincam ſcilicet.
Pater aderit: mihi paratæ lites: quid mea?
Illa quidem noſtra erit. DA. iocularem audaciam
GE. Perſuaſit homini: factum eſt: ventum eſt: v
cimur: (G
Duxit. DA. quid narras? GE. hoc quod audis. 1
Quid te futurum eſt? GE. neſcio hercle: vnum
ſcio:
Quod fors feret, feremus æquo animo. DA. plac
Hem, iſtuc viri eſt officium. GE. in me omnis
eſt mihi.
DA. Laudo. G. ad precatorem abeam credo, qui
al. amitte. Sic oret. Nunc* omitte quæſo hunc: cæterum
Poſthac ſi quicquam, nihil precor: tantummod
Non addas. vbi ego hinc abiero, vel occidito.
DA. Quid ille pædagogus, qui citharistriam?
Quid rei gerit? GE. ſic tenuiter. DA. non mul
habet
al. præter. Quod det fortaſſe. GE. imò nihil, *niſi ſpem mer
DA. Pater eius rediit, an non? GE. nondum. DA. q
ſenem
Quoad expectatis veſtrum? GE. non certum ſci
Sed epiſtolam ab eo allatam eſſe audiui modo,
Ad portitores eſſe delatam: hanc petam.
DA. Nunquid Geta aliud me vis? G. vt bene ſit til
Puer heus, nemon' huc prodit? cape, da hoc Dor

SI quis me quæret rufus.] *Mire poeta deſidera Getæ oſtendit Dauum.* Si quis me quæret rufus.] *eo ipſo loquitur, à quo reddi ſibi debitum ſperat.* Si q me quæret rufus.] *ἀποσιώπησις ſecunda. nam app plura dicturum fuiſſe.* Præſto eſt, deſine.] *Tertia*

*ſon*

*e ſe loquens vſus eſt, quia ille nominatiuum prætu-* t ego obuiam conabar tibi Daue.] *Conabar, ab-, an ἔκλειψις eſt, vt deſit, ire? & eſt aduerbium loci m.* Accipe.] *Præuenit petitionem, dicendo Accipe: c cum geſtu offerentis dicitur, & hoc eſt quod ait, ci, affero.* Lectum eſt.] *Abſolute, nam nõ dicit quid: n debitum, an argentum lectum. Lucil. Lecti omnes. m hoc eſt.* Lectum eſt. conueniet numerus.] *Or-ſeruauit. prius enim qualitas, deinde numerus pe-ſpectari ſolet.* Lectum eſt: conueniet numerus tum debui.] *Quippe trib. modis debitum pecunia-ſoluitur, penſione, Accipe: ſpectatione, Lectum eſt: ro, Cõueniet numerus quãtum debui.* Lectum eſt.] *m bonum, vel ſplendidum. vt, - arma Sereſtus Lecta humeris. Quamuis quidam putant lecta, ab eo quod o, dicta.* Quantum debui.] *Pro debitum tibi à me* no te, & non neglexiſſe habeo gratiam.] *Amat reddiderit pecuniam: agit gratias, quod diligẽter. Et ? vtrum quia condictum non fefellerit? an quia le-attulerit, & numero congruenti? Et recte dixit: nam tio debiti hoc agit, vt etiam gratias agamus.* Amo non neglexiſſe habeo gratiam.] *Hoc pro gratia-ctione ponitur, & oſtenditur vere neceſſariam fuiſſe iam.* Non neglexiſſe.] *In Andr. Et id gratum fuiſſe ſum te, habeo gratiam.* Præſertim vt nũc ſunt mo *Sic & illud dictum eſt: Namq; hoc tẽpore obſequium s, veritas odium parit. Quia cõſuetudinis imago eſt, erare præſentia.* Adeo res redit.] *Figurate, pro ita ris, adeo res redit, dixit. Et proprie rediſſe res dicitur, aliquid peius expectatione cõtigit.* Si quis quid red-nagna habenda eſt gratia.] *Id eſt, etſi rem non ma-amẽ magna habenda eſt gratia, hoc n. ſignificat, Quid t.* Si quis quid reddit.] *Qui hoc interrogatiue pro-iauerit, parum belle explicat conceptam ſententiam.* enda eſt gratia.] *Deeſt ei.* Sed quid tu es triſtis?] *dmonemur, omnem ab initio ſermonem Getæ, quaſi entis & anxij, pronuntiari, accommodatis præſertim ltum verbis. nam &, Si quis me quærit: &, At ego m tibi conabar Daue: & amo te: & non neglexiſſe ha-ratiam: in ſe quoddam contractioris animi occupatiq;*

*ſignum habent.* Sed quid tu es triſtis?] *Sed parti* *tranſitum ſignificat ad mentionem alterius rei.* Sed tu es triſtis? Egóne? neſcis quo in metu] *Deſcenſ* *argumentum ab eo ſermone qui extrinſecus à poeta in* *natus eſt, iam manifeſte apparet.* Egóne? neſcis qu metu.] *τῶν πρὸς comœdia.* Neſcis quo in metu, & to in periculo ſim.] *Pronunciantis & interroganti* *poteſt.* Neſcis quo in metu] *Duæ perturbationum* *ſunt, à malo vna, ex cupitis altera. Ergo à mali bigis* *ſentis temporis periculum eſſe dicimus, & futuri me* Neſcis quo in metu.] *Pronunciatiue magis quam* *contatiue efferendum eſt, ſic enim ſolemus de magnis* *dicere.* Neſcis quo in metu, & quãto in periculo ſ *Vix alterum ſuſtineri poteſt eorũ, quæ vtraq; poſuit n* *& metum & periculum.* Quid iſtuc eſt?] *Fac hunc* *& narrandi non erit locus. neceſſario igitur ignarus i* *citur Dauus.* Modo vt tacere poſſis.] *Vt, pro ne nõ* *ſi eſt, ſubaudiendum eſt, vide, aut quid tale.* Modo v cere poſſis.] *Verè argumentũ eſt celari id, quod An* *non coactus, ſed volens duxit vxorem.* Modo vt t poſſis.] *Modo, pro Tantummodo: vt, Modo Iupiter* Abi ſis inſciens.] *Nunc pro inſcito poſuit. vel inſcie* *modo ſtultũ dicit, aliàs ignarum.* Cuius tu fidem i cunia perſpexeris.] *Sententioſe dixit, quaſi in omnib* *dendum ſit ſeruaturum fidem eſſe eum, qui in pecuni* *uauerit. Et hoc ideo interpoſuit, ne longus eſſet, dum ſ* *vt dicat, quemadmodum in aliis fabulis.* Cuius tu fi in pecunia perſpexeris.] *Proprie locutus eſt de pec* *& Fidem dicendo, & credere. Nam fides, eſt eorum qu* *datur: Creditores dicuntur ipſi qui dant.* In pecunia *maiore ad minus* Perſpexeris.] *Non inſpexeris, ſed* *ſpexeris, quod plus eſt, dixit.* Verere ei verba crede *Verba cum pronunciatione dicit, vt oſtendat multum* *ſtare inter pecuniam, & verba* Vbi quid mihi luci te fallere?] *Ab vtili coniectura, & bene, quia ſeruus* *de honeſto dicit.* Vbi quid.] *Significantius dixit, qu* *diceret, nihil.* Ergo auſculta.] *Ergo nunc, vel vt incr* *vio tarde facientis eſt. Quia hic igitur obloquendo imp* *uerat narraturum, Ergo dixit. Sic verg. Ergo age car* *ter, ceruici imponere noſtræ.* Hanc operam tibi di

*Au*

*ultandi ſcilicet & audiendi.* Hanc operam tibi di- *Plus eſt dico quam do. Dicitur perpetuo: Datur ad* *s.* Senis noſtri Daue fratrem maiorem. *Dicendo oſtendit & adoleſcentem ſe dominum habere: Dicendo oſtēdit eſſe & alienum: Dicendo fratrem, non vnum nſtrauit: Dicendo maiorem, etiam minoris fecit in- n. Sic argumenti partem maximam nondū narrans; ipſa interrogatione trāſegit. Hæc autem omnia pro- populum ſic aguntur. Ideo ille, Quid ni dixit: ne ſit o- 'urib. verbis.* Senis noſtri Daue fratrem.] *Mirum ndium narrationis, quaſi per interrogationem fecit, alio repeteret. Sic Vergil. Fando aliquid, ſi forte tuas nit ad aures, Bellidæ nomen Palamedis, & inclita &, Noſtin' hanc quā amat frater? in Eunucho.* Quid gnatum Phædriam?] *Non dixit quid Phædriam: ldidit eius gnatum: vt magis docere, quā interrogare etur.* Quid eius gnatum Phædriam?] *Deeſt noſti.* quam te.] *O veritas: quid ni? tanquam te.* Euenit obus ſenibus ſimul, iter.] *Non euenit iter: ſed eue- t iter eſſet.* Simul.] *Vno tempore* Illi in Lemnum vt .] *Recte tacetur cur Chremes ierit: & dicitur cur De- o. vtrumque pro argumento eſt* Ad hoſpitem anti- m.] *Sic Verg. Veteremq́; Anchiſen agnouit amicum. autem addidit, vt eſſet idonea cauſa nauigandi ſeni.* em per epiſtolas pellexit.] *Epiſtolas dicendo, oſtēdit non ſemel ſcripſiſſe.* Pellexit.] *Induxit. Sic Verg Pella- lyſſi.* Modo non montes auri pollicens.] *Prouer- is ὑπερβολὴ facta per exceptionem, aut per ſuperlatio- , aut æquā collationem. Eiuſmodi eſt illud Demoſthe-* Modo non montes auri.] *Sall. Maria, monteſq́; pol- i cœpit.* Modo non montes auri pollicens.] *More rū: quia hoſpites hoſpitib. multa donabant.* Cui tanta t res?] *Cui, datiuꝰ caſus eſt: Dominóne tuo, inquit, pol- batur hæc, cui tāta erat res?* Cui tāta erat res?] *Deeſt m. vt ſit, Eum pellexit cui tāta res erat?* Et ſupererat.] *us eſt ſupereſſe, quam eſſe.* Deſinas, ſic eſt ingenium.] *ceſſaria eſt fabulæ ἐπίτασις auaritiæ Demiphonis: vt iore periculo illo abſente duxerit filius indotatam. nam x dicturus eſt, Illéne indotatā virginem, atq; ignobilem ret illi?* Sic eſt ingenium.] *Præparatio bona, qua & di-*

*ues, &*

*nes,& auarus deſcribitur Demipho,vt indotatas nu fieri ferre non poſſit.* Sic eſt ingenium.] *Recte, non inqu t ortuna auarus eſt:ſed natura.* Sic eſt ingeni *Omnium,an domini?ſed magis domini.* Oh,regẽ m oportuit.] *Oſtendit pauperum affectiones, qui ſe ſol diuitiis ſcire aiunt,ſi eas habeant.* Oh,regem me e portuit.] *Acue me.* Abeũtes ambo hinc tum.] *Hi hic legitur.& eſt ordo, Hic relinquũt filiis.* Relinqui *i.non ſecũ abducunt.* Quaſi magiſtrum.] *Bene qua non compleuit hoc ipſum , nec vult eſſe.* Magiſtrum *Latini , quem Græci παιδαγωγὸν appellant.* Filiis.] *Pr filios.* O Geta,prouinciam cepiſti duram.] *Acq bello longe ab Italia regiones prouinciæ dictæ ſunt,a vel procul,& vincendo, ad quas quia prætores cum mittebantur,officia quoq;prouinciæ nominãtur.* O ( prouinciam.] *Splendide prouinciã dixit.* Memini r qui me deo irato meo.] *Sic Verg. Nec dij texere C tum Aenea veniente ſui:hoc Aſper.ſed mihi videtur a addidiſſe meo,ne eſſet ἀμφίβολον cui dicens, irato de uius in Stalagmo,de meo propitio,meus homo eſt.* Me relinqui me deo irato meo.] *Domino dixit,an ver Et bene meo,ne eſſet ἀμφίβολον. Et ſic dixit, Memini qui, vt in And. Memini me videre. Et Memini me fie rũ, Enn.* Quid verbis opus eſt?] *Repente infertur, opus eſt verbis? & ſatis moraliter.* Seni fidelis dũ ſ *Opportune ſeni dixit, vt oſtẽdat quam ſtultum eſt, ſen uerſus iuuenes fidelem eſſe.* Seni fidelis dum ſum.] *eſt amicus : Fidelis eſt ſeruus.* Scapulas perdidi.] *Pl perdidi, quam ſi diceret, dolui. Et bene retulit perdidi τὸ fidelis. Fidelis n. officium eſt ſeruare aliquid.* Veni mentem iſtæc mihi.] *Venire in mentem, non ad rec tionem tantum dicitur,ſed ad reputationem, & intell tiam.* Nam quę inſcitia eſt aduerſus ſtimulũ calc *Hoc dictum & ſuperiori perſonæ eſſe poteſt, & alteri.* uerſus ſtimulum calces.] *παροιμία, cũ ἐκλείψει, de Iactare. Stimulum pro domino adoleſcẽte poſuit.* Cal *Modo calces, non partes plãtæ, ſed percuſſiones pedum gasq; ſignificat. Aliter Vergil. Calcemque terit iam Diores.* Sciſti vti foro.] *Secundum illos negotiat qui ante locum commercij, non præſcribunt quãti ven*

*qui*

*uehunt: ſed ſecundum annonam fori quam depre-*
*nt, cõſilium de vendendis, aut non vendendis mer-*
*imunt.* Sciſti vti foro.] *Forum pro tribus intelli-*
*nco, tempore, & perſona. Sciſti, inquit, his vti. & eſt*
*e prouerbium. Senſus hic eſt, Sciſti, inquit, quid fa-*
*oporteat.* Primo: hic Phædria.] *Bene additum pri-*
*ia non perpetuo.* Noſter mali nihil quicquam.]
*um πωειλκον. Vt in Hecyra, Nã nemo illorum quiſ-*
*ſcito ad te venit.* Noſter mali nihil quicquam.]
*πρὸς ἀντιδιαστολὴν Phædriæ: qui non noſter eſt.*
nuo quandam.] *Bene cõtinuo: quaſi vix expecta-*
*profectionem patris.* Puellulam citharistriam.]
*minibus hoc agit, vt cauſa amoris, & ex ætate & ex*
*sellæ videretur: nam ideo puellam dixit.* Amare
perditus.] *Legitur & perditè. Et amare perditè,*
*puellulam citharistriam.* Ea ſeruiebat lenoni.]
*eſte, & cito dixit ſeruiebat.* Lenoni impuriſſi-
*Et quare non fuiſſet libera, & cuius fuiſſet ancilla,*
*ilis hominis fuerit, demonſtrauit.* Ea ſeruiebat le-
impuriſſimo.] *Magna præparatio ad rerum diffi-*
*em imminentium: Puellula citharistria, Auarus*
*Amator perditus: Inopia.* Id curarant patres.] *Ex*
*dixit patres. ſi enim patrem eius tantum dixiſſet, id*
*at, vt ei per patrui filium ſuccurreretur. ideo dixit*
*non habuiſſe.* Niſi oculos paſcere.] *Hoc enim ſo-*
*rat quod leno non venderet.* Sectari, in ludum du-
& reducere.] *Bene cauillatus eſt & iculariter in*
*centem cui ætas ad ſectandos philoſophos apta erat.*
*etiam philoſophorum ſectæ. ſed ſectari propriè eſt, vt*
*s buculam: vt aries ouem. Verg. Trahit ſua quemq;*
*tas.* Reducere.] *σύλληψις. à ludo enim ſubauditur.*
ocioſi operam dabamus Phædriæ.] *Cum τὸ πῶ*
*, Nos, velut magiſtrum excuſans obſequentem ei cui*
*s ſit datus, & ideo addidit ocioſi.* Nos otioſi operã
imus Phædriæ.] *Relatio ad illud quod mox, Otioſi*
*runt.* Nos otioſi operam dabamus Phædriæ.]
*ad pudorem ſumitur hoc pronomen in ſingulari nu-*
*, aut ad dignitatem, ſed non poteſt Nos & propter*
*phonem dixiſſe nos.* Nos otioſi operam dabamus
driæ.] *Apollodorus* * Operam dabamus Phæ-
driæ.]

driæ.] *Ille amicæ: nos illi.* In quo hæc diſcebat lud *Figurate, In quo hæc diſcebat ludo. eſt additum.* Ex uorſum ei loco.] *Ei loco legitur & illico. Et adnota ex abundanti additum, ut apud veteres multa ſunt.* aduorſum ei loco.] *παρέλκον quartum.* Tonſtrina rat.] *Apta ſedes otioſis.* Tonſtrina erat quædam.] *παρέλκον tertium, quædam.* Hic ſolebamus ferè pleru que.] *παρέλκον tertium ferè plerunque.* Dum inde domum.] *Ad ſe ſcilicet. iret domum, pro rediret, vel te iret, παρέλκον figura.* Dum ſedemus.] *Proprie ſe mus, vt in tonſtrina.* Illi, interuenit.] *Illi, pro ibi: vt mea triſtia facta. & nota illi pro illic.* Interuenit ad ſcens quidā lachrumans.] *Apollodorus tonſorem ip nuntium facit, qui dicat ſe nuper puellæ comā ob luct abſtuliſſe: quod ſcio mutaſſe Terentium, ne externis mo ſpectatorem Romanum offenderet.* Nos mirarier.] *Re mirum enim in adoleſcentib. lachrumæ: vt cōtra, Triſt ſenectus.* Nos mirarier.] *Vt, – ſolum nam perditus ill colere.* Rogamus quid ſit] *Quid lachrumet: non, q ſit ipſe, vt ſtulti putant.* Nunquā æquè inquit, ac r do.] *Mire oſtendit ſemper ſibi hoc viſum quod dicit, nunquam æque.* Paupertas mihi onus viſum eſt.] *tim ſit mentio paupertatis, vt ſit cauſa fallaciæ Phorm nis.* Modo quandam vidi virginem.] *Bene quand ob familiaritatem laudare videretur.* Modo quand di virginem.] *Vide ſic agi, vt non tam morte mulieris, ſolitudine pulchræ virginis moueatur affectus. Simu ea deſcribi quæ matronæ futuræ magis conueniant, q quę temere amanda ſit. Nam hic obitus fœminæ ad co exitum ſpectat: quandoquidem plus ex eius morte ſec tatis quàm moleſtiæ ſentiat argumentum.* Hic vicin *Aduerbium in loco eſt, hic viciniæ: cuius ad locum hu ciniæ Et ſtatim proximitas inſinuatur, vt ſit ſpes, & c videndi* Miſeram] *Ab affectu: & ſubdiſtinguendū vt ad virginē referatur.* Lamentari mortuam.] *A bitate quæ piis attribuitur. Et lamentari mortuam a guitas: ſed ſenſu manifeſta.* Ea ſita erat.] *Sita, poſita luſtius cum adiectione poſita eum cum prædixero poſi inſulæ. Et hoc ei reciprocū eſt.* Ea ſita erat ex aduor *Expoſitio paupertatis, & quam facile virgo videri p*

N

notus, neq; vicinus.] *αὔξησις ſit, quia res minui-eſcit ſententia. Sall. Non repugnantibus modo, ſed ne s quidem a.b.c.m.* Neq; vicinus.] *ἀναφορά.* Neq; s, neq; vicinus, extra vnam aniculam.] *Hæc præ-itur, vt ſit ſpes potiundæ virginis.* Neq; notus, ne-icinus.] *Hæc deſcriptio paupertatis adiuuat argu-tm, vt & v ſere audeant adoleſcentes virginem, & Antipho.* Qui adiutaret funus.] *Ipſum officium dixit.* Miſertum eſt.] *Hoc eſt, miſertus ſum eius, videtur oſtendiſſe cur lachrymauerit.* Virgo ipſa egregia.] *A fortuna indignatio.* Virgo ipſa.] *Bene quia quæ ſupra dixi, non ad ipſam, ſed ad euentum ertinebant.* Quid verbis opus eſt?] *Sic dicit Te-s vbi ad effectum properat.* Commorat omnes *Figura συγκοπή, pro commouerat. Et bene omnes res ad Antiphonem tantum ſpectat.* Ibi continuo ho.] *Hic redditur nomen adoleſcentis. & eſt παρ-* Vultíſne eamus viſere?] *Vt, populare penates Ve-*. Vultíſne eamus viſere?] *Ipſe hortari inducitur, naturus eſt.* Alius, cenſeo, eamus, duc nos ſo-*Hæc omnia diuerſi. Et apparet tot eſſe homines, quot μησιν ſunt ἀσυνδετῶς.* Alius cenſeo.] *Phædria, vel et.* Imus, venimus, videmus.] *ἀσυνδέτως primum βραχυλογίαν.* Virgo pulchra.] *σιωπήσια mirantis. ngentia: & virgo, & pulchra.* Virgo pulchra.] *Be-n dixit: Videmus virginem pulchram: ſed ἀπὸ τῆς κρί-ξεως, virgo pulchra. Illud enim frigidius, hoc conci-. & hoc magis demonſtratur δράματι, quàm relatio-* quo magis diceres.] *Diceres pro crederes. vt, Au-r dicito, Sæpe Plautus.* Nihil aderat adiumenti.] *ie aderat. Adeſt enim id, quod adiuuat.* Capillus s.] *Singularem numerum pro plurali poſuit. Sic & Capillus pexus, prolixus, circum caput reiectus ne-ter.* Paſſus.] *Temere diſperſus. Vt magna pars à oratione profluxit hæc dictio.* Ipſa horrida.] *Quaſi ipſam ſit id quod dixit.* Capillus paſſus, nudus *Tale eſt apud Vergil. Illum autem quamuis aries ndidus ipſe, Nigra ſubeſt vdo cui tantum lingua pa-Reiice. Et alibi de arbore, Tum fortes late ramos, & ia tendens, Huc illuc, media ipſa ingentem ſuſtinet vmbram.*

*vmbram. &, Domus ſane, dapibusque cruentis Intus ca, ingens: ipſe arduus, altaque pulſat Sydera.* Cap paſſus, nudus pes.] *Facetius quàm ſi pluraliter di: Vergil. quibus acer in prælia ſuetus Ferre manum.* chrumæ, veſtitus turpis.] *ἀσωδέτων tertium.* Vt n boni.] *Plus eſt vis boni, quàm bonum.* Vt ni vis bo ipſa ineſſet forma.] *Veteres ignem & calorem q dam, quaſi feruorem dixerunt formam: & ideo forr forcipes, formam & formoſos: ex quibus ignis amor oritur. Laudandus eſt ergo Terentius proprietate ſer qui cum formam prætuliſſet, ſubiecit Extinguerent. & Vergil ſic ait, At mihi ſeſe offert vltro meus ign myntas* In ipſa ineſſet forma, hæc formam extin rent.] *Figura πλοκή. aliud enim ſupra, aliud infra ſ repetita ſignificat.* In ipſa ineſſet forma.] *Gemi præpoſitionem: vt alibi, In amore hæc omnia inſunt* Extinguerent.] *Bene extinguerent: quia ab igne & lore forma dicta eſt.* Ille qui illam amabat.] *Bene i quia iam ſupra inſinuauit perſonam citharistriæ.* Ill illam amabat.] *Ratio cur amauerit virginem.* Fi nam.] *Supra, citharistriam. ergo indifferenter.* Tant modo ſatis inquit ſcita eſt.] *Senſus eſt, Laudaui tummodo: non etiam captus eſt in amorem.* Satis ir ſcita.] *Magna laus formæ: amanti aliam placuiſſe.* ſter verò.] *ἀποσιώπησις tertia, quæ ſuccurrit, qu verba rebus minora ſunt.* Satis inquit ſcita.] *Scita la. vt in Andria, Scitus puer eſt natus è Pamphilo.* A re cœpit.] *Ille inquit laudauit tantum: hic amare Et bene cœpit, non amauit: vt oſtendat vim amoris n rum eſſe: & rem quæ ſemel ſuſcipi poſſit.* Scin' qu: *ἀποσιώπησις, qua in narrationibus in compendium T tius vti ſolet.* Scin' quam?] *Amare cœpit, ſubau* Quò euadat vide.] *Euadat, perueniat. Nam eu eſt, per obſtantia peruenire.* Poſtridie ad anum pergit.] *Hoc præſtruens, aniculæ ſupra mentionem rat. Et bene memor & virginis, & honeſtæ, non ipſan ri facit, ſed anum: neque ab ipſa peti fructum volup. ex cuius perſona maior deſperatio naſcebatur: ſed à n ce potius, per quam ſuaderi puellæ poſſe creditur quic libet.* Poſtridie ad anum recta.] *ἐμφαλιχῶς, ad a ſti*

n: vt qui poſthabuerit omnia alia. Recta.] Quia non uncium. Vt ſibi eius faciat copiam.] Vide v. ni- e virgine ſperet, qui omnia ab anicula petat. Illa e- ſe negat.] Copiam facturam ſubauditur. Neque æquum ait facere.] Non quod amat, ſed quod hoc. Neque eum.] Quod peteret ſcilicet. Illam ciuem :am.] Illam cum ἐμφάσει dixit, quaſi dicat, quam ſi mnat. Ciuem bonam eſſe.] Ciuem, quod ad iura et: Bonam quod ad ipſam. Bonam.] Non vilem: boni non viles ſunt vnde ſuperlatiuus gradus Opti- facit: quia bonus melior optimus dicitur. Bonis pro- am.] Quod ad maiores eius. Si vxorem velit.] Re- biunxit, ſi vxorem velit: poſteaquam ea in virgine ſit, quæ ſolent ornare nuptias. Lege id licere face- ncerta diſtinctio eſt, vtrum vxorem velit lege, an le- icere facere. Sin aliter, negat.] Et pudice anus, & illecebroſe, licere facere dixit, quod ille impuden- etit, vt ſibi eius faciat copiam. Sin aliter, negat.] his facta ex eo quod ſequitur, facere. Noſter quid t, neſcire.] Propoſita deliberatio: cuius tamen alte- s vinceret nam ducturus eſt per abſentiā patris. Quid t neſcire.] Pro neſciebat. ſed recte ſic ait: quia ſub- urus eſt, Cupiebat, & Metuebat.] Metuebat pro- ixit. Metuimus enim eos, qui nos amant: Timemus inimicos. Illam ducere cupiebat, & metuebat.] mbiguitatem quam tamen ſequentia tollunt. Non ſſet pater, ei veniam daret?] Bene interrogat Da- oc eñ ſperari ſi poſſet, non opus erat ſra ædibus Phor- . Non ſi rediſſet.] Si, pro cum rediſſet. Vergil. Præ- ſi noua diem mortalibus almum Aurora extulerit. indotatam virginem.] ἐμφατικῶς Ille, de quo di- Deſinas, ſi eſt ingenium: & quia propter ſpem lucri auerat ſenex. Inſinuandum igitur fuit: hic enim e- ne periculum fabulæ. Ex ordine Terentius prius in- it perſonam ſenis: vt grauiora fierent quæ dirime- ptias. Illéne indotatā virginē atq; ignobilem.] ixit, & indotatā, & ignobilem. Hæc enim duo prin- er petuntur, cum ſint quatuor quæ in ſponſis quæ- r, forma, probitas, dos, nobilitas. Et manifeſtum eſt, forma & probitate nihil dicat: quippe cū ſupra ma-

*gnopere ea laudauerit in puella.* Virginem.] *Simp ter accipimus virginem ; aut ſubaudiamus Quamuis ? quamuis virginem.* Daret illi?] *Bono affectu dixit , d illi? Filius enim familiæ non iam ducit vxorem quã à tre accipit : quippe cum patri committatur puella potii huiuſmodi conditionibus, quàm marito.* Daret illi? n quam faceret.] *ἀποσιώπησις ſecunda. hic enim nõ tr ad aliud, ſed inſtat incepto: vt per interrogationem dic daret illi? & per reſponſionem inferret, nunquam fac Et nota Nunquam pro Non, in maiorem negationis ſi ficationem poni ſemper.* Daret illi?] *Mire daret, vt o deret nihil eſſe poteſtatis in filio.* Quid fit deniq;?] *ſuo Terentius, Deniq; poſuit in fine ſenſus, & eſt adu ordinis. Sic in Heautontimorumeno in Fodere , aut a aut aliquid facere deniq;. vt ſit deniq; , vel deinde, poſtremum.* Quid fit?] *Deeſt rogitas? & eſt ἀποσιώ quarta.* Eſt paraſitus quidam Phormio.] *Phorm à formula. ſed à Phormione dicitur ſparteo , quem n ronem dicimus triuialiter, & pro conſuetudine.* Qu fecit?] *Seruatur affectus triſtis, vt ſupra ait, Sed qu es triſtis?* Homo confidens.] *Homo comice dictum quis ignoret paraſitum hominem eſſe ?* Confidens *cõfidens pro improbo, audaci, ac temerario poſuit: vt gentem confidentiam.* Qui illum.] *Qui vtinam eſt: cil. in ſecundo, Qui te Momentanc malum iam cæter dat. Aut, Qui hoc conſilium, quod dicam, dedit.* Q dii omnes perduint.] *Qui, aut expletiuum eſt, au nomen: quo incipiens Phormionẽ deſcribere cohorru ſideratione eius : & in hanc vocem, quaſi confuſus e hoc autem certum genus eſt παρενθέσεως.* Quid is f *Correxit interrogatione errantem, vt rediret ad nom uum caſum Qui , vnde aberrauerat , & illum di* Lex eſt.] *Lex, vt in Palliata, recte ponitur. Nam G rum fuit : ideo & in Andria ſic ait , Inopia , & co rum negligentia coacta* Lex eſt.] *Alia narratio in nitur, dicitur παρέμφασις* Lex eſt.] *A cauſa lit tuit enim dici, non habet cauſam , hoc conſilium qu cam dedit. Secundum quoſdam ordo eſt , Qui hoc lium, quod dicam dedit.* Vt orbæ, qui ſunt gener ximi eis nubant.] *Orba proximo nubat, Orbam*

*ducat, Atticum ius eſt. & eſt ordo, Lex eſt vt orbæ ubant qui ſint proximi.* Eadem hæc lex iubet.] *Non rés iubet hæc vna lex: ſed puellis permittit nubere: atos cogit ducere.* Eadem hæc lex iubet.] *Bene iu- minorem enim vim habet ea lex quæ aliquid permit- quàm illa quæ aliquid iubet.* Et illos ducere.] *Be- ditum: nihil enim ad rem, ſi ducendi neceſſitas non it.* Ego te cognatum dicam, & tibi ſcribam di-.] *A perſona eius cum quo agitur. potuit enim dici, l mecum eſt tibi?* Ego te cognatum dicam, & ti- ribam dicam.] ἀποστροφὴ *&* ἠθοποιία. *Hæc narratio uam dicit Tullius conſtitutam, Et ipſe, Tibi vni par- inquit in Verrinis. repente enim tranſitur ad verba narum ab earum deſcriptione. ſed hoc ipſum ad com- ndos auditores valet plurimum.* Et tibi ſcribam m.] *A denunciatione in perſonam: ne diceret, non denunciaſti.* Et tibi ſcribam dicam.] *Cicero, Scri- Heraclio dica.* Dicam.] *Supra verbum, infra no- eſt, totidem literis, diuerſo accentu.* Paternum a- im me aſſimulabo virginis.] *A perſona litigantis: t enim oppoui, Perſonam non habes.* Qui fuerit pa- *Qui hic pronomen eſt: infrà, Quomodo ſignificat.* mater.] *Virginis ſcilicet.* Qui cognata tibi ſit.] *quomodo, & qua ratione.* Omnia hæc confir-] *Omnia hæc, non ex abundanti poſuit, ſed orato- uaſi tam multa. & eſt* ἀρχαϊσμός. *nam poſt enume- nem veteres hoc dicebant. Salluſt. in Iugurtha, Hæc a præſidio adſunt* Quod erit mihi bonum atque modum.] εὐφημία, *Quod mihi, inquit, fauſtum ix erit, hoc eſt, confingere atque mentiri.* Quod e- ihi bonum atque commodum.] *Totum iocula- paraſitus: quippe qui confingam dicens, non ſolum rubuerit de falſiloquio, ſed quaſi præclari facinoris tionem etiam auſpicatus ſit, omenque ſuſceperit di- : Quod erit mihi bonum atque commodum. Sic e- veteres, Quod fauſtum felixque ſit dicebant, aliquid ſſuri.* Cum tu horum nihil refelles?] *Hoc inter- iue pronunciandum eſt.* Refelles.] *Refutabis, re- ses. Nam prorſus refellere eſt redarguere falſitatem.* r aderit: mihi paratæ lites. quid mea?] *Mirè*

*ὁ συκοφάντης, quod maxime alter metueret, hoc pro ri-
cula re contemnit.* Pater aderit: mihi paratæ lite
*Exquiſitè autem ſubiectum eſt, cum ſupra dixerit, M.
paratæ lites, Quid mea?* Pater aderit, mihi paratæ
tes ] *Vt Antiphoni formidanda iſta ſunt, ita ridicula
raſtio.* Illa quidem noſtra erit ] *ἠθικῶς Noſtra, cum
tiphonis tantum eſſe debeat.* Iocularem audacia
*εἰρωνείᾳ κατ' αὐτὸ ... , hoc eſt, minime iocularem.
quæ ex ludo & ioco in periculum veniat?* Perſuaſit
mini.] *Hic iam de Antiphone queritur, cui perſua
ſit* Factum eſt ] *Adeo audax Phormio.* Ventum e
*ἐπεξήγησις. Quomodo factum eſt? Ventum eſt, vi
mur, duxit.* Iocularem audaciam.] *Deeſt, audi
te, aut dicis.* Factum eſt, ventum eſt, vincimur,
xit.] *ἀσύνδετον, vt ſuprà, Imus, venimus, videmus.*
ctum eſt, ventum eſt, vincimur, duxit.] *Amat ho
rentius: vt, It, lauit, redit. &, Imus, venimus, vide
&, Funus interim procedit, ſequimur: ad ſepulchrum
nimus; in ignem poſita eſt, fletur. His non modo breu
comis narratio eſt, ſed etiam auditoris animum, a
quod reſtat, intendit.* Quid narras?] *Admirantis
eſt, non interrogantis.* O Geta, quid te futurum
*Sic pronuncia, quaſi periturum contempſeris Getam
iam eum in certo interitu defleas.* O Geta quid te f
rum eſt?] *Scilicet qui magiſter relictus ſis Antip*
Neſcio hercle: vnum hoc ſcio, quod fors feret, f
mus æquo animo.] *ἠθικῶς in deſperatione rerum f
eſt ſeruus: & ſimul vigilauit poeta, ne ſi & hic eiul
res tota migraret in tragœdiam.* Quod fors feret, f
mus æquo animo.] *Hæ graues ſententiæ ex perſona
uorum cum dicuntur, ridiculæ ſunt: & eo conſilio i
ponuntur.* Feremus æquo animo.] *Hoc ſecundum
nos, qui ... a contemnunt. Et mire meritum culpa
ad fortunam retulit.* Hem iſtuc eſt viri officium.] *C
pendium conſolationis eſt, quod hic libenter accipi
ideo ſtatim approbat.* In me omnis ſpes mihi
*Quo modo? an vt ſtrenue ſe defendat? an vt fugiat
vt patiens ſit plagarum?* Ad precatorem abeam
do.] *Bene poeta omnia tractat, quæ in tali re taci
ſeruo eſſent, niſi aliud poſceret argumentum.* Ad pr
to

..em abeam.] *Sic in Heaut. Nec tu aram tibi, nec pre-* ..*rem pararis.* Qui mihi ſic oret.] *Id eſt, pro me oret.* ..nc amitte quæſo hunc.] μιμητικῶς *dicitur, vbi non* ..*ba modo, verumetiam geſtum vocemque fingimus alie-* ..*s.* Nunc amitte quæſo.] *Hoc quod nos dicimus dimit-* ..*ntiqui etiam dicebant amitte. Vergilius, Amiſſos hinc* ..*obliuiſcere Graios. Et Salluſt. Pactione amiſſo Pu-* ..*legato.* Poſthac ſi quicquam, nihil precor. *Facile* ..*etrat, qui non omnia extorquet. Ergo ars precatoria* ..*mitigare præſentia, futura permittere. Simul etiam* ..*a omnis cauſa in hoc eſt, ne videatur ſeruus ob impu-* ..*item in delictis amplius peccaturus.* Poſthac ſi quic- ..um.] *Vt ſolet elegãter per* ἔκλειψιν. *Et ſimul, non ſi tan-* ..*dem peccauerit, ſed ſi vel minimum, tale eſt illud, Si* ..*ero hodie quicquam in his te nuptijs fallaciæ conari:* *Si quicquam inuenies mentitum, occidito.* Nihil pre- ..] *Nihil pro non, ſed plena negatio, Nihil.* Vbi ego ..c abiero.] *Hic oſtendit nullum precatorem ex animo* ..*ulare veniam ſeruo.* Vel occidito.] *Vel, pro etiam.* ..cidito.] *Tu tantum cædere volebas: ego dico, etiam occi-* ..Quid pædagogus ille, qui cithariſtriam?] *Mora-* ..*r quærit, volens audire de Phædria, poſtquam de An-* ..*one cognouit, maximè quia hæc interrogatio reſpon-* ..*em elicit, qua ſpectator inſtruitur ad cognoſcenda cæ-* ..*a.* Quid ille pædagogus qui cithariſtriam?] *Quia* ..*it, Sectari, in ludum ducere, ac reducere, & quia puel-* ..*am dixit, ab ætate pædagogus eſt illi, ait.* Quid ille pæ- ..gogus, qui Cithariſtriam?] *Phædria ſcilicet, qui ne-* ..*e abſcedit à cuſtodia puellæ: neque illam ipſe contingit.* ..i cithariſtriã?] ἔκλειψις. *ſectatur, amat, vel quid tale* ..*audiendũ eſt.* Sic tenuiter.] δεικτικῶς. *Sic dicẽdũ eſt, cũ* ..*quo geſtu.* Non multum habet quod det fortaſſe.] ..*m commiſeratione amatoris adoleſcentis pronuncian-* ..*m eſt.* Imò nihil, niſi ſpem meram.] *Bene ſpem, quia* ..*at, nemo enim ſine ſpe amat.* Meram.] *Solam.* Pa- ..eius rediit, an non?] *Chremes ſcilicet* Nondum.] ..*baudi, venit. Iam non plena negatio eſt.* Quid ſenem ..oad expectatis veſtrum?] *Animaduertite Quid ſe-* ..*ndum morem quotidianum tum dici, cùm ſit tranſitus* ..*nentione alterius rei ad alteram. Sic & ſupra, Quid*

*pædagogus ille?* Quoad expectatis veſtrum?] *Quo quamdiu. Et rectè locutus eſt, quia aduentus, finis eſt pectationis.* Sed epiſtolam ab eo allatam eſſe au ui.] *Mirè paratur inopinatus ſubito aduentus ſenis. ipſe veniet, cuius epiſtolam ſperat.* Et ad portitores delatam. *More veterum, magiſtri tributorum, id eſt, blicani, operam in portu dabant, inferendarum rerum efferendarum vectigal exigentes.* Ad portitores.] *Ad qui in portu ſunt. Et quo more hoc dixerit, vide: Att an Romano* Num quid Geta aliud me vis?] *Abſque lo argento quo tibi à me opus fuit.* Vt bene ſit tib *ἀρχαϊσμὸς pro nihil.* Puer heus, nemon' huc prod *Moralis expreſſio. nam eos vocat quibus initio egred dicebat: Si quis me quæret rufus.* Cape, da hoc Dorci *Ad κωφὸν πρόσωπον loquitur Dorcio. Dorcium Fœmi num nomen eſt, vt Phaneſium, Glycerium.*

## ACTVS I. SCENA III.

*Mixta carmina, pars eſt trochaici, altera Iambos habet catalecticos.*

ANTIPHO, PHAEDRIA, *adoleſcentes.*

ADeón' rem rediſſe, vt qui mihi conſultum o me velit eſſe

Phædria, patrem extimeſcam, vbi in mentem aduenti * venit? al. aduenit

Quod ni fuiſſem incogitans, ita eum expectar vt par fuit.

PH. Quid iſtuc eſt? AN. rogitas, qui tam audacis f noris mihi conſcius ſis?

Quod vtinam ne Phormioni id ſuadere in ment incidiſſet,

Troch. catal. Neu me cupidum eo impuliſſet, quod mihi pri pium eſt mali.

Non potitus eſſem: fuiſſet tum illos mihi ægrè quot dies.

At non quotidiana cura hæc angeret animum. audio.

AN. D

Dum expecto, quàm mox vt veniat, qui adimat hanc mihi conſuetudinem. Iamb.cat.
Alijs quia deſit quod amant, ægrè eſt: tibi quia ſupereſt, dolet.
Amore abundas Antipho. Dim.Iamb.
Nam tu quidem hercle certo vita hæc expetenda optandáque eſt:
Ita me di bene ament, vt mihi liceat tamdiu, quod amo frui,
Iam depaciſci morte cupio: tu conijcito cætera,
Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex iſtac copia:
Vt ne addam, quod ſine ſumptu ingenuam, ac liberalem, nactus es:
Quod habes ita vt voluiſti, vxorem ſine mala fama: palam
Beatus, ni vnum hoc deſit, animus qui modeſtè iſtæc ferat:
Quod ſi tibi res ſit cum eo lenone, quo cum mihi eſt, tum ſentias: al. Et
ITA PLERIQVE ingenio ſumus omnes, noſtri noſmet pœnitet.
.At tu mihi contrà nunc videre fortunatus Phædria,
Cui de integro eſt poteſtas etiam conſulendi quid velis:
Retinere, amare, amittere: ego in eum incidi infœlix locum,
Vt neque mihi eius ſit amittendi, nec retinendi copia.
Sed quid hoc eſt? videóne ego Getam currentem aduenire huc?
Is eſt ipſus: heu timeo miſer, quam hic mihi nunc rem nunciet.

Adeon' rem rediſſe, vt qui mihi conſultum optime velit eſſe.] *In hac ſcena color vitæ eſt eorum, qui id quod immodice concupierint, ſpernunt, poſtquam euenerit, quod apertiore ſententia oſtendit poeta dicendo, Noſtri noſmet pœnitet.* Adeon' rem rediſſe.] *Comparatiua qualitas in hac ſcena eſt inter Antiphonis vitam, &*

*Phædriæ. Genus cauſæ demonſtratiuum. Contendunt au*
*vter magis miſer ſit.* Vt qui mihi conſultum opti
velit eſſe Phædria.] *Mira ſententia, qua oſtendit ado*
*ſcentulos in peccatis neminem magis metuere, quam eos*
*quibus maxime diliguntur. Simulque inducitur rer*
*imminentium præſtructio, in qua ſic audax induci*
*Phædria, vt defenſor futurus ſit, ſic timidus Antipho,*
*fugiturus ſit.* Vt qui mihi conſultum optime velit
ſe, patrem extimeſcam] *Ferienda pronunciatio in*
*quod ait, Qui mihi conſultum optime velit eſſe, hoc en*
*magis mirum eſt, ideo patrem timeri, quia conſultum*
*ptime velit.* Vt in mentem eius aduenti venit?] *No*
*Venire in mentem veteres non recordationis cauſa tãtu*
*ſed etiam recognitionis conſiderationiſque poſuiſſe.* Vbi
mentẽ eius aduẽti venit.] *Sic veteres genitiuo caſu p*
*ferebant* In mentem venit.] *Cicero, Fac tibi paternæ le*
*Aciliæ veniat in mentem.* Aduenti venit?] *Multiplici*
*declinatur, & aduenti & aduentus. Sic & in Andria, N*
*hil ornati, nihil tumulti.* Venit?] *Legitur & aduenit.* I
cogitans.] *Temerarius. Probus, Incogitans, inquit, in*
*eſt, at non eodem modo cogitans.* Ita cum expectarem
par fuit.] *Expectarem, nunc opperirer, alias ſperare*
Quid iſtuc eſt?] *Hæc interrogatio ſtomachoſa eſt, ex*
*neare volentis metum fratris. diuerſa enim ſentit, ob*
*uerſum amoris euentum.* Qui tam audacis facino
mihi conſcius ſis?] *Proprie ad terrorem, qui de facin*
*loquitur conſcium dixit.* Rogitas, qui tam audacis
cinoris.] *Bene timens inducitur Antipho, vt ſit cauſa*
*giendi. Ad hoc enim fugiet, ne ad amittendam coniug*
*cogatur à patre ante errorem fabulæ patefactum.* Qu
vtinam ne Phormioni.] *Grauiſſime non Phorm*
*ni ſuccenſet, ſed Phormionis inuento. Et vide, vt &*
*ſe culpa ſubtrahat.* Quod vtinam.] *Et familiare eſ*
*nitia rerum accuſare eos, quos alicuius negotij pœnit*
Quod vtinam ne Phormioni.] *Vetus elocutio, v*
*nam ne, Ennius in Medea, Vtinam ne in nemore Pelio*
*curibus caſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes. Et N*
*non accipiendum.* Ne me cupidum eo compuliſſet
*Bene hoc addidit ad excuſationem. poterit enim dici, n*
*conſentires.* Eo compuliſſet.] *Eo, ad vxorem duce*
*dam,*

an *Eo in tantum?* Quod mihi principium eſt ]*Bene, quaſi caput mali non in amore ſit, ſed in nu-* Non potitus eſſem.] *More hominum loquitur. enim ex ſequenti ſatietate, quod potuerit abſtinere bus ſuis.* Non potitus eſſem.] ἀνθυποφορὰ μονο- *Non enim, Sed potiri voluiſſet, poſſi, vt ille, Vt cum pugnæ fuerat fortuna, fuiſſet. hic enim vtraque mitur.* Fuiſſet tum illos ægre aliquot dies?] *um totum interrogatiue pronunciant, nempe, Fuiſſet los mihi ægre aliquot dies?* At non quotidiana hæc angeret animum.] *Cum amatorie loquatur ho, errant qui putant eum pœnitere ſui deſiderij. hoc eſt: nec maritus firmus videbitur fore. ſed hoc facilius fuiſſe abſtinere virgine intacta, quam ea ua iam conſueuerit: & ideo ſubiungit, Dum expe- am mox veniat, qui hanc mihi adimat conſuetudi-* Audio.] *Audio per εἰρωνείαν dicitur modo à con- nte dictum Antiphonis.* Audio.] *Omnia deridet ia, cupiens fructum amoris vel periculis adipiſci. Eſt udio εἰρωνεία pro non audio. hoc eſt, nihil dicis.* Dum to quam mox veniat.] *Non quando ſed quàm ci- uia timet.* Qui adimat hanc mihi conſuetudi- ] *Mire non amorem: tanquam amore carere potuerit, tudine non poſſit. Et nota proprietatem. nam conſue- pecialiter de coitu dicitur.* Alijs quia deſit quod t.] *Magnificentius Alijs dixit, quam ſi diceret Mihi.* quia ſupereſt, dolet.] *Laborauit vt oſtenderet plus let quam AEgre eſt. & ideo inſanum ait Antipho- qui in ea fortuna poſitus, quæ aduerſa & contra- , idem patiatur quod miſer. & eſt figura ὑπόζευξις. d vtrunque AEgre eſt, ſufficere potuit. Scire autem us & pronunciatiue, & per interrogationem hoc i- pronunciari poſſe.* Amore abundat Antipho.] *Sic onunciandum, quemadmodũ ſolet cum ſtomacho di- perantí cibum, Tu pleno ventre es. vult enim oſten- tietatis hoc eſſe, non ratiocinationis, quod nunc que- Antipho.* Tibi quia ſupereſt.] *Id eſt, eo, quod deſide- bundas. Ordo eſt, Tibi dolet, quia ſupereſt.* Amore das Antipho.] *Abundare dicitur qui ſucceſſu pro- ffluit. Lucil. li. 3. - ille alter abundans Cum ſeptem*

*in iocum Hiſpanis r. a. r.* ❡. Amore abundas Antiph. *Hoc cum pronunciatione infert.* Nam tua quidem cle certo hæc vita.] *Bene certo: quia ſupra omnia ἐιρωνέια dixit.* Vita hæc expetenda.] *Vita dixit, vt oſ deret etiam ſi non felicitas, ſed vita dicatur, optandum Vita autem & mores ſignificat, & animum, & alimẽt & ſpacium viuendi: & fortunam accidentem viuenti vt modo.* Expetenda optandáque.] *Proprie dixit e tenda, optandaque omnia enim quæ amamus, aut i ſtria, aut voto prouenīunt: hoc eſt. aut in nobis ſunt, a fortuna poſita.* Ita me dij bene ament, vt mihi lice *Neceſſario iurat: quia quod dicturus eſt, ſolis ama bus videtur eſſe credendum.* Ita me dij bene ame mihi liceat tã diu quod amo, frui.] *Opportunus in quo oſtendatur, quàm magno amore ſit poſſeſſus dria, cui par impẽditur argumentum.* Tam diu qu mo, frui. *Quamdiu vxore fruitur Antipho. An tan δεικτικῶς?* Tam diu.] *Tantiſper, hoc eſt, vel tantillo te re.* Quod amo, frui.] *Deeſt Eo: vt ſit, eo quod amo* Iam depaciſci morte cupio.] *Pactionem tranſ* Tu conijcito cætera.] *Aut cætera abundat: au per, vt ſit, per cætera.* Quid ego ex hac inopia nun piam.] *Infortunium ſcilicet.* Et quid tu ex iſta co *Fructum ac felicitatem.* Vt ne addam.] *παράλειψις ra, in qua velut ex abundanti enumerantur adiect.* genuam, liberalem nactus es.] *Hoc natalium: illu rũ eſt.* Vt ne addam. *σχῆμα παράλειψις.* Vt ne.] *Græci ἵνα μή.* Quod habes ita vt voluiſti.] *Voluiſti diſtinguendũ eſt: & ſic legendũ, Vxorẽ. Erit enim ἐμ κώτερον.* Vt voluiſti vxorẽ.] *Bona præparatio vxor turæ.* Sine mala fama: palam beatus.] *Multi ſupe bus iungunt palam.* Sine ſumptu, ingenuã, liberal *Cõtraq; ea quæ patitur, iſta poſuit, omnia huius in amo piã, ſuã inopiã: huius deſideriũ nullo cõſtitiſſe ſũptu, lenone fuiſſe emendã puellã: Huius ingenuã, ſuã ſeru ius liberalẽ, ſuã citthariſtriã: hũc nactũ eſſe, ſe ſectari huius vxorẽ, amicã ſuã: huius amorẽ maritalẽ eſſe, ſu ſut prodigi, velut ſcortatoris.* Ni vnũ hoc deſit, an qui modeſte iſtęc ferat.] *Modeſte, moderate. Sall. Modeſtus ad omnia alia, niſi ad dominationem.* Mod

*modo.* Et ſi tibi res ſit cum eo lenone. ] *Et modo nnexiua, ſed inceptiua coniunctio eſt. Salluſt lib. 2, ui ferunt aduerſus a.n.c.m.* Sentias. ] *Sic alibi, Sit ſenſi.* Ita plerique ingenio ſumus omnes, noſmet pœnitet. ] *παρέλκον tertium. In Andria, pleriqueomnes faciunt adoleſcentuli. & eſt ἀρχαϊ-, Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis.* Cui egro eſt poteſtas. ] *Poſt, deinceps. An de integro, ntegris rebus?* Noſtri noſmet pœnitet. ] *Pœnitet ui parum putat. ergo ipſi nos, inquit, noſtra conteus. Sic & in Heauton. At enim hic dices, Me quanic operis fiat, pœnitet.* Quid velis: retinere, amare, re. ] *An coniunctim legendum eſt, Quid velis retis duo ſint, amare, amittere: quia & infra duo red-neque mihi ſit amittendi, neque retinendi copia. Aadi propter amorem: retinendi propter patrem. Et eriectio ingemiſcentis eſt: vt, hei mihi, quantum ium Auſonia, & quantum tu perdis Iule.* Hei timeo . ] *Quam recte iam timet: quia in metu ſemper eſt ga mali mens.*

## ACTVS I. SCENA IV.

*bici quadrati acatalectici, & trochaicis octonariis catalecticis permixtis. Senarij item.*

GETA. ANTIPHO. PHÆDRIA.

llus es Geta, niſi aliquod iam tibi conſilium celere reperies: — Iamb. quad. acat.
unc imparatum ſubito tanta te impendent ala:
neque vti deuitem ſcio, neque quo modo me de extraham.
n non poteſt celari noſtra diutius iam audacia)
ſi non aſtu prouidentur, me aut herum peſndabunt.
Quidnam ille commotus venit? GE. tum temris punctum mihi
anc rem eſt: herus adeſt. ANT. quid iſtuc maeſt? — Senarius. Troch. cat.
Quod cum audierit, quod eius remedium inueniam iracundiæ?

Loquárne?

Loquárne? incendam. taceam? inſtigem. pur|
me? laterem lauem.

Troch. acata. Eheu me miſerum: cum mihi paueo, tum Anti
me excruciat animi.

Eius me miſeret: ei nunc timeo: is nunc me ret
r am abſque eo eſſet,

Catalect. Recte ego mihi vidiſſem, & ſenis eſſem vltus
Iambici acatalect. ... diam.

Dim. troch. catalect. Aliquid conuaſaſſem, atque hinc me coniice
protinus in pedes.

Troch. tet. catalect. AN. Quam hic fugam, aut furtum parat?

GE. Sed vbi Antiphonem reperiam? aut qua qu
re inſiſtam via?

PH. Te nominat. ANT. neſcio quod magnum
nuncio expecto malum.

Iamb. cat. PH. Ah, ſanúsne es? GE. domum ire pergam: ibi
timum eſt. PH. reuocemus

Monometer. hypercat. Hominem. AN. ita ilico. GE. hem.

Troch. cat. Satis pro imperio, quiſquis es. AN. Geta. GE. ip
quem volui obuiam.

AN. Cedo quid portas obſecro? Atque id (ſi pe
verbo expedi.

GE. Faciam. AN. eloquere. GE. modo apud por
AN. meúmne?

GE. Intellextin'? AN. occidi. GE. hem.

AN. Quid agam? PH. quid ais? GE. huius patre
diſſe me, patruum tuum.

AN. Nam quod ego huic non ſubito exitio re
dium inueniam miſer?

Quod ſi eo meæ fortunæ redeunt, Phanium a
vt diſtrahar,

Nulla eſt mihi vita expetenda. GE. ergo iſtæc
ita ſint Antipho,

Tanto magis te aduigilare æquum eſt: FORT
fortuna adiuuat.

ANT. Non ſum apud me. GE. atqui opus eſt n
cum maxime, vt ſis Antipho:

Nam ſi te ſenſerit timidum pater eſſe, arbitrab
Commeruiſſe culpam. PH. hoc verum eſt. AN.
poſſum immutarier.

GE. (

uid faceres, ſi aliud quid grauius tibi nunc
undum foret?
ùm hoc non poſſum, illud minus poſſem. GE.
: nihil eſt Phædria, ilicet.
conterimus operam fruſtra? quin abeam? PH.
quidem ego. AN. obſecro:
ſi aſſimulabo, ſatin' eſt? GE. garris. AN. voltum
templamini, hem,
ſic eſt? GE. non. AN. quid ſi ſic? GE. propemo-
n. AN. Quid ſi ſic? GE. ſat eſt.
iſtuc ſerua: & verbum verbo, par pari vt re-
ndeas,
iratus ſuis ſæuis* dictis protelet. AN. ſcio. al. ſæuidicis verbis protelet. & ſæuidicis poſtulat carmen.
i coactum te eſſe inuitum: lege, iudicio teneſ?
uis hic eſt ſenex, quem video in vltima platea?
ipſus eſt:
poſſum adeſſe. GE. ah, quid agis? quo abis An- Sena. Iamb. hypercata.
ho? mane.
inquam. AN. egomet me noui, & peccatum Sen. cat.
um.
s commendo Phanium, & vitam meam.
eta quid nunc fiet? GE. tu iam lites audies:
plectar pendens niſi quid me fefellerit.
uod modo hic nos Antiphonem monuimus,
ſmetipſos facere oportet Phædria.
aufer mihi, oportet: quin tu quod faciam, im-
ra.
Meminiſtín' olim vt fuerit veſtra oratio,
incipienda ad defendendam noxiam?
m illam cauſam, facilem, vincibilē, optumam.
emini. GE. hem, nunc ipſa eſt opus, aut ſi quid
oteſt, al. Potes.
ore, & callidiore. PH. fiet ſedulo.
Nunc prior adito tu: ego in inſidiis hic ero
enturiatus, ſi quid deficies. PH. age.

Vllus es Geta.] *In hac ſcena ſerui concurrentis offi-
ium eſt, tendens ad perturbationem Antiphonis,
oportet abeſſe à conſpectu patris vſque ad cognitio-
rerum, & καταστροφὴν fabulæ* Conſiſtam celere.]
*Hoc ce-*

*Hoc celere neutraliter dicitur.* Subito tanta te imp
dent mala.] *Accuſatiuo caſu impendent. aut ἀναστρ*
*pro, in te, pendent mala. Cum ſupra Nullus es Geta,*
*xerit: hic tranſitum fecit ad primam perſonam.* Quæ n
vti deuitem ſcio.] *Ruina aut vitanda eſt: aut extrahe*
*ſunt ex ea corpora, quæ oppreſſerit.* Nam non poteſt
lari noſtra diutius iam audacia.] *Bene noſtra, quia*
*partem maximam culpæ ſuæ tenet, vt magiſter.* De
tem.] *Ante, quàm irruant.* Inde extraham.] *Cum irr*
*rint.* Celati.] *Nigidius quærit, vtrum plenum ſit, an p*
*ſum?* Quidnam ille commotus venit?] *Modo com*
*tus, perturbatus atque conterritus.* Quidnam ille co
motus.] *Hic oſtendit poeta idcirco confuſum Getam*
*duci, vt de eius metu Antipho terreatur.* Tum tempe
mihi punctum.] *Punctum pro momentum, vt Luci*
*in decimoquarto, Puncto vna hora* & qui quoque in*
*ſit?* Punctum.] *Anguſtiſſimum ſpacium.* Ad hanc re
*Ad deliberandum quod ago.* Herus adeſt.] *Vultu t*
*ac ſuperciliis arduis hoc dicendum eſt.* Quid iſtuc n
eſt?] *Mirè πρὸς τὸ, Herus adeſt, Quid iſtuc mali eſt, po*
*ex perſona Antiphonis: cui pro calamitate eſt patris*
*uentus.* Quod cum audierit.] *Scilicet, quod vxorem*
*Ait Antipho.* Quod eius remedium inueniam iracu
diæ?] *Plus eſt, quàm ſi diceret, nullum.* Quod cùm
dierit.] *Bene non addidit, quid, ſecum enim loquit*
Quod eius remedium inueniam iracundiæ?] *P*
*prie remedium, quaſi iracundia morbus ſit.* Loquár
incendam.] *Quia iracundia ignis eſt.* Taceam? in
gem.] *Inſtigari proprie fera dicitur.* Purgem me? la
rem lauem.] *παροιμία, πλίνθον πλύνεις.* Loquárne?
cendam. taceam? inſtigem.] *σχῆμα διαπόρησις. L*
*ſunt quæ fieri in placando ſolent: aut loqui, aut tacere.*
*quid vult ſibi, purgem me, cum idem ſit loquar? anq*
*poteſt purgatio & per defenſorem patronúmve induci*
*quidam putant. Sed melius eſt hoc, vt perturbatæ &*
*nilis imperitæque perſonæ verba ſine arte eſſe, & vim*
*gnificati non habere.* Cum mihi paueo.] *Cum præt*
*quam quod ſignificat modo.* Tum Antipho me exc
ciat animi.] *τῷ ἰδιωτισμῷ pro eo quod eſt, propter An*
*phonem me excrucio.* Me excruciat animi.] *Sic in*

cy

*Fecit animi vt incertus foret. Veteres figurabãt han*c
*ionem.* Eius me miſeret, ei nunc timeo.] *Miſeret*
*ritorum: Timeo de fu.uris.* Eius me miſeret, ei
: timeo: is nunc me retinet.] *Figura* πολύπτωτον.
*ei, is.* Is nunc retinet me.] *Si retinet, quomodo ex-*
*at?* Nam abſque eo eſſet.] *Si ad eum res non perti-*
*, id eſt, ſi mea tantummodo peccatum eſſet hoc ipſum.*
e ego mihi vidiſſem, & ſenis eſſem vltus iracun-
ı.] *Facete ſeruus occaſionem melioris conditionis eſſe*
*mat fugæ cauſam, tanquam ſibi per eam & liberta-*
*nus præſtare poſſit, & prædam.* Recte ego mihi vi-
m.] *Vt dicimus, Vide tibi, & videte vobis. Et recte*
*ſem pro prouidiſſem.* Et ſenis eſſem vltus iracun-
ı.] *Senis maluit, quam domini dicere: vt in ipſo nomi-*
*hortamentum impune fugiendi appareat. Et ſimul*
*non iram, ſed iracundiam dicturus erat. Nam ira de*
*: iracundia de moribus.* Et ſenis vltus eſſem ira-
liam.] *Non dixit euaſiſſem: ſed vltus eſſem. faciunt e-*
*ſerui fugiendo, vt dominos pœniteat iratos fuiſſe. Sic*
*. Vlta virum, pœnas inimico à fratre recepi.* Aliquid
uaſaſſem. *Figuratum eſt à colligendis vaſis.* Hinc me
icerem.] πρὸς τί, *Recte ego mihi vidiſſem.* Protinus
edes.] *Protinam fuit: & ſic Nigidius legit.* Quam hic
um.] *Conijcerem in pedes.* Aut furtum parac.] *Ali-*
*conuaſaſſem.* Quam hic fugam, aut furtum pa-
] *Iucunda* ἀπόδοσις. *prius enim furtum, quàm fuga*
*rrere debuit.* Sed vbi Antiphonem reperiam?]
*pro ergo. vt ſit, Ergo vbi Antiphonem reperiam? an*
*finis ſuperioris ſententiæ eſt? vt Salluſt. Sed Metellus*
*teriore prouincia.* Reperiam.] *Si alicubi eſſet.* Aut
quærere inſiſtam via?] *Si alicubi ambulet: omnis*
*qui quæritur, aut ceſſat, aut ambulat.* Te nomi-
] *Ad hoc diu auditur Geta, & ipſe non videt adole-*
*es, vt plus illis terroris incutiat, dum ſecum loquitur.*
ſcio quod magnũm hoc nũtio expecto malum.]
*rte locutus eſt, neſcio quod magnum hoc nuntio expe-*
*malum, pro eo quod eſt, neſcio quod magnum malum*
*c mihi nũciaturum arbitror.* Domum ire pergam.]
*nos* ἐλλειπτικῶς *dicimus, domum pergam.* Ibi pluri-
n eſt.] *Oſtendit ab initio ſe domum pergere, & ſic vi-*

*detur*

*deiur liberaſſe.* Ibi plurimum eſt.] *Scilicet propter* *rem vxoris ſuæ.* Plurimum.] *τὸ πλεῖστον.* Reuoce hominem.] *Comice & moraliter addidit hominem.* ilico. ] *Ille, reuocemus hominem dixit, hic, non pro* *iuſſit* Satis pro imperio,quiſquis es.]*Hic oſtendit* *pæ conſcientia nullam authoritatem reliquam in mag* *Getæ.* Satis pro imperio.] *Id eſt imperioſe.* Cedo portas obſecro:atque id ſi potes,verbo expedi.] *re expreſſit affectum de timore properantis.* Cedo portas obſecro.] *Vt, Si vera feram,ſi magna repen* *Nam ferre & portare de negotiis maioribus dicitur.* bo expedi.]*Deeſt, vno.* Eloquere.]*Aliter oſtendit* *eſt, verbo expedi: dicendo, eloquere.* Modo apud tum.] *Patrem vidi dicturus Geta, præuentus eſt* *quem timor intelligentem fecerat* Hem.]*Propria,&* *cuique perſonæ exhibuit:celeritatem ex præſagio metu* *Antiphoni, & tarditatem intellectus quieti pectoris* *ro Phædriæ.* Quid agam?] *Iam flet Antipho, & a* *non intelligit Phædria.* Huius patrem vidiſſe me, truum tuum.]*Mirè poeta Antiphoni minus quàm o* *tet, & Phædriæ pluſquam oportet, fecit loqui nunc.* *Ille enim penè diuinat ex metu:hunc tardum ſecurita* *cit.* Huius patrem vidiſſe me,patruum tuum.]*R* *vtrique proprium:vt & ille qui timebat paucis intel* *ret: & ille qui ſecurus erat, pluribus edoceretur.* N quod ego huic nunc ſubito.] *Nam aut ſubiunct* *coniunctio eſt ſuperiori dicto, quod ait, Quid agam* *ἀναστροφή eſt. Nam quod, pro quódnam.* Huic ſubito tio remedium.] *Subito, & aduerbium & nomen eſt* *Cum ſubito aſſurgens fluctu nymboſus Orion.* Inuen miſer?]*Cum ego ſupra dixerat, ἐμφατικῶς addidit,m* Quod ſi eo meæ fortunæ redeunt.]*Tragice amator* *negocium fortunas omnes dixit eſſe.* Fortunæ redeu *Bene redeunt, quaſi in peius: & à proceſſu retro & in* *terius.* Phanium abs te vt diſtrahar.] *Amatoria ἀ* *φώνησις per ἀποστροφήν.* Abs te vt diſtrahar.] *Non* *à me diſtraharis, & vide verbum vim cohærentis oſten* *re.* Nulla eſt mihi vita expetenda.] *Nulla pro non,* *nullius conditionis, quaſi dicat, ne deorum quidem* *mihi dulcis eſt ſine te.* Nulla eſt mihi vita expetend

*Phædrio* Tanto magis te aduigilare.] *Ad vim au-* ... *habet: vt illaudabile, admirabile.* Forteis ... *& Forteis accuſatiuus plu-* ... ſum apud me.] *Id agitur, vt ſupra dixi-* ... *quem a* ... *lum Antipho præſens non ſit: quem neq;* ... *enit contra patrem aliquid dicere: neque* ... *præ-* ... *m opprimi à patre, ex argumento eſt.* Atqui opus ... unc cum maxime, vt ſis Antipho.] *Apud te, ſub-* ... Nam ſi te ſenſerit timidum pater eſſe, arbi-... itur commeruiſſe culpã.] *Sic Salluſtius in hiſtoria, ducta, qua a* ... *gumentis purgatiores dimittuntur.* Nã ſenſerit timidum.] *Timidũ pro timentẽ. Vt, Addit ſe* ... *m, timidisque ſuperuenit Ægle, Vergilius.* Cõme-... e culpam.] *Pro cõmiſiſſe.* Hoc verũ eſt.] *Cõgrue fit,* ... *Geta & Phædria auditores ſint, qui & abſque amo-* ... *u: & hos oportet obij i pro Antiphone, irato ſeni.* Nõ ... um immutarier.] *Vim negantis hoc habet, quod ait,* ... *itarier: oſtendit enim naturæ ſuæ timiditatem nullis* ... *rtationibus eijci poſſe.* Quid faceres, ſi aliud quid ... ius tibi nunc faciundum foret?] *Bene grauius,* ... *hoc graue, vt videas ipſam adhortationẽ vim habere* ... *dentis, graue eſſe quod geritur.* Cum hoc non poſ-... illud minus poſsẽ.] *Hoc intulit παρὰ προσδοκίαν.* ... *videbatur hac interrogatione adduci poſſe ad ſen-* ... *um percontantis. Et hæc ars eſt dialectica contra ἐπα-* ... *, cum male reſpondendo, callide interrogantis irrum-* ... *s argumentum.* Hoc nihil eſt Phædria, ilicet.] *V-* ... *Hoc relatiuum? an Hoc cum contemptu, pro hic An-* ... *nihil eſt. Sic Cicero in Verrinis, Etſi hoc neſcio quid* ... *torem ſciebam, pro hunc.* Ilicet.] *Semper ilicet finem* ... *nificat, vt actum eſt.* Ilicet.] *Per συγκοπήν. Sic iu-* ... *de conſilio dimittebantur, ſuprema dicta cum præco* ... *ntiaſſet Ilicet: quod ſignificat Ire licet.* Quin a-... n?] *Hic terrore commouet Antiphonem. & quin* ... *pro cur non.* Et quidem ego.] *Ordo, & ego qui-* ... *& deeſt abeo.* Quid ſi aſſimulabo?] *Audacem* ... *t.* Obſecro, quid ſi aſſimulabo? Satin' eſt?] ... *morale vitium eſt ex conſcientia pauor: vt ipſe* ... *ue Antipho nitatur contra, neque quicquam pro-* ... *at.* Satin' ſic?] *Hic locus actoris magis, quam le-*

*ctoris eſt: oſtenditur enim conari ad ſimulandam a ciam, quo magis ridicula eſt formidoloſa perſona.* Pr modum.] *Et hoc non plenæ conſenſionis eſt, quod ait pemodum.* Sat eſt.] *Non dixit bene eſt, ſed ſat eſt. & vix ad hoc ipſum eſſe peruentum.* Hem iſtuc ſerua.] *cendo ſerua, oſtendit iam incipere deperire, quod finx que aſſimulauit audaciæ.* Hem iſtuc ſerua: & ver verbo, par pari vt reſpondeas.] *Animaduerte, & doceat & commachinetur artifex poeta, qui debitum dat rebus atq; perſonis.* Verbum verbo, par pari.] *dixit: non tantum verbum verbo ſed par pari.* Ne te tus ſuis ſæuis dictis protelet.] *Cauſalē vim habet ait hic, Iratus: hoc eſt, qui ob præſentem iram veheme tecum agat. Protelet, & protelum, à πρὸ & ἕλκειν di eſt, quod eſt ante & trahere. Alij ab aſſiduo telorum exiſtimant dici. vt Lucretius, Vndique protelo plag continuato. hoc eſt tenore.* Protelet.] *Protrahat, p nat, exagitet.* Vi coactum te eſſe.] *Mira breuit quo tota defenſio continetur. & ſubauditur, Fac re deas, aut quid tale.* Inuitum.] *Bene idem repetit ad c mandam memoriam trepidantis. non enim diuerſa ſed repetuntur, vt teneri poſſit id quod cauſæ opus eſt vi coactum eſſe, idem ſignificat quod inuitum. An i coactum inuitum iungendum eſt, quia interdum e nos cogimus propria voluntate? vt ipſe in Andria, T ctus tua voluntate es.* Scio.] *Apparet hoc verbis co dici, vt manifeſtum ſit abſenti animo eſſe eum qui tur.* Tenes?] *Exquiſite addidit tenes, vt appareat. phonem vult oſtendere, quod horum nihil perturbat uertat.* Sed quis hic ſenex eſt?] *Sed, vt diximus ſitum ſignificat ad aliam rem ab ea quæ agebatur.* ( video in vltima platea?] *Sic dixit vltima platea: admodum Verg. Imas obſedere fores.* Ipſus eſt.] *E timidior eſt: & quia poſtea de proximo ipſe agnoſcit* Non poſſum adeſſe.] *Apparet ex conſpectu patr gis confundi, quam ex nuntio aduentus eius, filium* abis Antipho?] *Sic Vergil. Quo fugis Aenea? & fugitis ſocij? Sic enim loquitur, qui vult oſtendere con nem locorum, in qua peruerſo modo alius petatur, linquatur.* Mane, mane inquam.] *Omnia hæc l*

*ſingu*

*ularem vim in ſe reuocantis.* Ah quid agis?] *Et urbati intercesſ ris eſt dicere, quid agis: vt alibi, Glycerium quid agis? cur te is perditum?* Egomet noui, & peccatum meum.] *Duo dixit, & hominem pauidum, & peccatum graue.* Vobis commendo Phanium, & vitam meam.] *Comice duobus retulit: me, & peccatum meum: Phanium, & vitam meam. & animaduerte quod amator prius ponit Phanium, quàm vitam ſuam.* Geta quid nunc fiet?] *Aphæc ſic pronunciandа, quaſi à deſtituto dicantur.* iam lites audies, ego plectar pendens.] *Non inquod quærebatur: ſed verba ſunt hominis omnia deintis.* Tu iam lites audies, ego plectar pendens.] *audies: ego verberabor. vt alibi, Tibi erunt paverba, huic homini verbera. Quod ipſum mire: non s lites, ſed audies.* Ego plectar pendens.] *Ple-, feriar: vnde & plectrum, & plagæ dictæ.* Sed d modo hic nos] *Deeſt tamen, vt ſit, ſed tamen.* oſmetipſos facere oportet.] *Quia Nos ſupra dignificatione actus proprij, Ipſos addit.* Aufer mi-oportet.] *τῷ ἀττικισμῷ addidit mihi. ſine hoc eplena ſententia eſt.* Quin tu quod faciam impe-*Mire ad omnia paratum ſe indicat, qui Impera diſeruo.* Meminiſtine olim vt fuerit veſtra ora-] *Mirè & conſilio, & oratione compendioſus eſt, magis Phædriam proprijs conſilijs ac domeſticis pereret.* Vt fuerit veſtra oratio.] *Vt magis excitanon noſtra dixit, ſed veſtra.* In re incipiunda.] *Inunda proprie, quaſi de re magna dixit. Sic alibi, Viuod incepiet facinus* Ad defendendam noxiam?] *iam nunc culpam, aliàs pœnam. & eſt ἐπίθεσις, o quod eſt noxam. & hoc factum eſt propter iam-.* Iuſtam illam cauſam, facilem vincibilem, umam.] *Conſidera ſingula, & inuenies & natuordine, & per αὔξησιν dicta. Cauſam pro defene poſuit. Et vincibilem, quæ facile vincat.* Nunc eſt opus.] *Cauſa ſcilicet.* Meliore & callidio-] *Bene meliore & callidiore, quia tunc proluſio, nunc ipſum prælium.* Fiet ſedulo.] *παρέλκον ſe-; nam ſuffecerat, fiet.* Nunc prior adito tu.] *Adito,*

*quaſi ad prælium. Vergilius, Nec quiſquam ex agm tanto Audet adire virum.* Ego in inſidiis hic ero.] *μετάφορα de re militari eſt.* Succenturiatus.] *Succen riati dicuntur qui explendæ centuriæ gratia ſubijciun ad ſupplementum ordinum. Et eſt translatio à re milit* Age.] *Potuit dicere, vero, aut ita: ſed age dixit, quod bum vim hortantis maximam præbet.*

## ACTVS II. SCENA I.

*Iamb. quad. acat. & ſenarij.*

DEMIPHO. GETA. PHAEDRIA.

Si corripis Ita, Trochaicus eſt. — ITáne tandem vxorem duxit Antipho iniu meo?

* Troch. — * Nec meum imperium: age, mitto imperium: n ſimultatem meam

Iamb. — Reuereri? ſaltem non pudere? ô facinus aud ô Geta

Iamb. cat. — Monitor. GE. vix tandem. DE. quid mihi dicent? quam cauſam reperient?

Demiror. GE. atqui reperi iam: aliud cura. DE. án hoc dicent mihi?

Inuitus feci: lex coëgit: audio, & fateor. GE. place

DE. Verum ſcientem, tacitum, cauſam tradere a uerſarijs:

Etiámne id lex coëgit? PH illud durum. GE. ego pediam: ſine.

DE. Incertum eſt quid agam, quia præter ſpem, a incredibile hoc mihi obtigit:

Ita ſum irritatus, animum vt nequeam ad cogita dum inſtituere.

Quamobrem omnes, cum ſecundæ res ſunt ma mè, tum maximè

Meditari ſecum oportet, quo pacto aduorſam rumnam ferant,

Pericla, damna, exilia: peregre rediens ſemp cogitet, (bum fili

Aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut mo

Comm

ommunia eſſe hæc: fieri poſſe, vt ne quid animo
ſit nouum.
[Qu]icquid præter ſpem eueniat, omne id deputare
[e]ſſe in lucro.
.O Phædria incredibile eſt, quantum herum an-
eco ſapientia.
ditata mihi ſunt omnia mea incommoda, herus
i redierit,
lendum vſque in piſtrino: vapulandum: haben-
læ compedes:
us ruri faciundum: horum nihil quicquam acci-
let animo nouum.
icquid præter ſpem eueniet, omne id deputabo
n lucro.
. quid ceſſas hominem adire, & blande in prin-
ipio alloqui?
. Phædriam mei fratris video filium mihi ire Senarij.
obuiam.
. Mi patrue ſalue. DE. ſalue: ſed vbi eſt Antipho?
.Saluum venire. DE. credo: hoc reſponde mihi.
. Valet. hic eſt: ſed ſatin' omnia ex ſententia?
. Vellem quidem. PH. quid iſtuc? DE. rogitas
Phædria?
nas me abſente hic confeciſtis nuptias.
. Eho an id ſuccenſes nunc illi? GE. ô artificem
robum!
. Egóne illi non ſuccenſeam? ipſum geſtio dari
ni in conſpectum, nunc ſua culpa vt ſciat
nem patrem illum, factum me eſſe acerrimum.
. Atqui nihil fecit patrue, quod ſuccenſeas.
. Ecce autem: ſimilia omnia: omnes congruunt:
um cognoris, omnes noris. PH. haud ita eſt.
. Hic in noxa eſt: ille ad defendendam cauſſam
deſt.
m ille eſt: hic præſto eſt: tradunt operas mutuas.
. Probe eorum facta imprudens depinxit ſenex.
. Nam ni hæc ita eſſent, cum illo haud ſtares
Phædria.
. Si eſt patrue, culpam vt Antipho in ſe admi-
erit,

Ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans:
al. ſit. Non cauſſam dico, quin quod meritus * eſt, ferat
Sed ſi quis forte malitia fretus ſua,
Inſidias noſtræ fecit adoleſcentiæ,
Ac vicit: noſtráne ea culpa eſt, an iudicum?
Qui ſæpe propter inuidiam adimunt diuiti,
Aut propter miſericordiam addunt pauperi?
GE. Ni noſſem cauſſam, crederem vera hunc loqu
DE. An quiſquam iudex eſt, qui poſſit noſcere
Tua iuſta, vbi tute verbum non reſpondeas,
Ita vt ille fecit? PH. functus adoleſcentuli eſt
Officium liberalis: poſtquam ad iudices
Ventum eſt, non potuit cogitata proloqui:
Ita eum tum timidum obſtupefecit pudor.
GE. Laudo hũc: ſed ceſſo adire quamprimum ſe
Here ſalue: ſaluum te aduenisse gaudeo. DE. oh
Bone cuſtos ſalue: columen verò familiæ,
Cui commendaui filium hinc abiens meum.
GE. Iam dudum te omneis nos accuſare audio
Immerito, & me omnium horum immeritiſſim
Nam quid me in hac re facere voluiſti tibi?
Seruum hominem cauſſam orare leges non ſin
Neq; teſtimonij dictio eſt. DE. mitto omnia: add
Iſtuc, imprudens timuit adoleſcens, ſino:
Tu ſeruus: verum ſi cognata eſt maxume,
Non fuit neceſſe habere: ſed id quod lex iubet,
Dotem daretis: quæreret alium virum.
Qua ratione inopem potius ducebat domum?
GE. Non ratio, verum argentum deerat. DE. ſum
Alicunde. GE. alicunde? nihil eſt dictu facilius.
DE. Poſtremo, ſi nullo alio pacto, vel fœnore.
GE. Hui dixti pulchrè, ſi quidem quiſquam cred
Te viuo. DE. non, non ſic futurum eſt: non poteſ
Egóne illam cum illo vt patiar nuptam vnum di
Nihil ſuaue meritum eſt, hominem commõſtra
Mihi iſtum volo, aut vbi habitet, demonſtrarier.
GE. Nempe Phormionem. DE. iſtum patron
mulieris.
GE. Iam faxo hic aderit. DE. Antipho vbi nunc
PH. foris.

DE.

Abi Phædria, eum require, atque adduce huc.
H. eo
ta via equidem illuc. G E. nempe ad Pamphilam.
At ego deos penates hinc ſalutatum domum
 ...ortar: inde ibo ad forum, atque aliquot mihi
...icos aduocabo, ad hanc rem qui adſient,
...ne imparatus ſim, cum aduentat Phormio.

...ne tādem vxorem duxit Antipho iniuſſu meo?] *...hac ſcena accuſatio eſt, & contradictio per remotiuam ...litatem. ergo controuerſia.* Itáne tandem vxorem ...cit Antipho. ] *Hic exemplum vitæ eſt, in quo ſpecta-..., nullam eſſe tam iuſtam, & grauem iracundiam pa-..., quæ non & fiducia defenſoris, & interuallo tempo-...uaneſcat.* Itáne tandem vxorem duxit Antipho ...iuſſu meo?] *Non potuit vehementius incipere, quàm vt ...crimen, quod obiicit, miraretur.* Itáne tandem vxo-...m duxit.] *Tandem hic expletiua cōiunctio: vt Cic. Quo-...; tandem abutere Catilina patientia noſtra?* Itáne tan-...n.] *Hic totus verſus in hoc eſt, an factum ſit, quid fa-...m ſit, à quo factum ſit, in cuius iniuriā factum ſit.* Nec ...um imperium.] *Rara ἀποσιώπησις. Nam non ſequitur ...l. Intulit n. Age. Subauditur autē Reuereri. Sic Lucre-...s, Nónne videre* * Age mitto imperium: non ſimul-...em meam reuereri. ] *Vt Vergilius, Cuius ob auſpi-...m infauſtum, moreſque ſiniſtros.* Age, mitto. ] *Le-...ur & Taceo.* Simultatem. ] *Iurgium, contentionem.* ...on pudere? ] *Hoc abſolutum eſt, & nulli adnexum.* ...on pudere?] *Hic Nigidius adnotauit, neminem vide-...pudere ante delictum.* Vix tandem. ] *Conuenit hoc di-...um ei qui iampridem ſe male audire putat: & ideo ſero ...detur ad hunc ſenex perueniſſe: cum ille metuens, ſe pri-...um ad accuſationem crederet: An, Vix tandem, ad hoc ...rtinet: quia ille Monitor dixit, quaſi dicat, Vix tandem ...ctum eſt, vt ſenex me laudare cœperit: quia monitor, ...uamuis in contrarium dixerit, tamen eſt nomen laudis.* ...ix tandem. ] *εἰρωνεία. quaſi dicat, Penè mei oblitus eſt. An quia tarde ad ipſum peruenit ſenex: quem ille ob con-...ientiam à ſe cœpturum eſſe credebat.* Quid mihi di-...ent? aut quam cauſſam reperient? ] *Quid dicent? ſi*

*negare voluerint: quam cauſſam reperient? ſi purgare. mne enim crimen à defenſore aut negatur, aut purgat* Demiror.] *Pro neſcio. nam admirationem ignorantia cit.* Atqui reperi iam, aliud cura.] *Eo animo hoc di quo ſupra dixit: Vix tandem, & cum ille pluraliter re rient dixerit, hic ſingulariter reperi reſpondit: quaſi i ſolo ſit crimen.* Inuitus feci: lex coegit.] *Bene poeta i ſcire facit ſenem, quid iſti dicturi ſint: vt videatur fra poſſe qui iam partem defenſionis admittit.* Illud durun *Illud durũ dicit, qui ſupra dixit: Atqui reperi iam. Ca ſam tradere aduerſarijs, illud durum.* Ego expediam, ne.] *Vide præparationem futuræ defenſionis, quam i hoc modo Terentius intuliſſet, incredibile videretur ſu to ſedatum ſenem.* Incertum eſt quid agam.] *Nonni iam fracta indignatio eſt. Nam in his verbis, non iã ira, admodum mœror eſt.* Quia præter ſpem atque incre bile hoc.] *Vergilius, Hunc ego ſi potui tantum ſperare lorem: Et perferre ſoror potero.* Atque incredibile h mihi obtigit.] *Grauius eſt, incredibile, quam præ ſpem, & ideo poſterius & in actu eſt.* Obtigit.] *Pro ac dit, cuius reciprocum eſt, ſi quis bonum accidiſſe dicat, n obtigiſſet.* Ita ſum irritatus.] *Irritatus, prouocatus, in ram impulſus, hoc eſt, commotus & perturbatus.* At mum vt nequeam ad cogitandum inſtituere.] *Be inſtituere dixit: quo verbo quies oſtenditur cogitati mentis, quæ nunc non adeſt.* Cum ſecundæ res ſunt m xime.] *Vt, Nudus ara, ſere nudus: hyems ignaua color Et bona ſententia: tum maxime ſapienti metuendum, q tempore maxime ſecurus eſt ſtultus.* Meditari ſecum portet.] *Bene additum ſecum. inſani enim videbitur, h palam agere.* Aduerſam ærumnam ferant.] *Abund aduerſam.* Pericla, damna, exilia, peregre rediẽs ſen per cogitet, aut filij peccatum, aut vxoris mortem. *Superiora ἀσύνδετα; inferiora, intermixtis coniunctioni Salluſt. Nam quidem Pyrrho, Hannibali, æquor & terr* Peregre rediens ſemper cogitet.] *Mirè à genere ad ſp ciem non ſemel tranſit. Nam quum dicit, peregre redien iam de ſe loquitur, ſed latenter.* Semper cogitet.] *A ſin gulari ad pluralem tranſit. ſupra dixit omnes: at nunc cogi tet. Et eſt ordo, Semper peregre rediens, quicunque peregr redit*

Aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut um filiæ.] *Quamuis iratus filio, non potuit tamen , filij mortem. Conuenit autem ſeni vxoris mortem tare magnum incommodum* Aut filij peccatum, oris mortem, aut morbum filiæ.] *Varie poſt e-ationem concluſam hæc etiam intulit. Verg. Sed neq; rum ſi lux ditiſſima terra, Nec pulcher Ganges, atq; urbidus Hermus, Laudibus Italiæ certent: non Ba-ec Indi, Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis.* nunia eſſe: hæc fieri poſſe.] *Ordo eſt: Semper co-omm unia eſſe, & fieri poſſe peccatum filij, vxoris n, filiæ morbum.* Communia eſſe.] *Commune eſt, ccidere omnibus poteſt.* Quicquid præter ſpem it, omne id deputare eſſe in lucro.] *Vide iam fractum non culpam filij magnam ducere: ſed ideo ari, quod non crediderit peccaturum, in quo ipſe ſe endit: & quod à precatoribus dici ſolebat, hoc dicit: nia eſſe, & fieri poſſe.* Herum anteeo ſapientia.] *r ante eo: ſed pro coniunctiuo pronunciandum, an-pro ante eo.* Meditata ſunt mihi omnia mea in-oda.] *Nimis comice nō clades, aut ærumnas poſuit ſed incommoda: molere in piſtrino, vapulare, habe-pedes, & cætera: cum hoc nomen leue quiddam ſi-t, vt ipſe in Eunucho, Imo enim infeliciter: nam in-da alia ſunt dicenda Parmeno.* Herus ſi redierit.] *pro Cum: aut ſeruiliter, vt dubitet ex voto ſuo, v-ominus redeat, an non: quod cupit.* Molendum eſ-iſtrino.] *Facete enumerat ſeruus vniuerſa ſuppli-cōditionis excepta cruce & furca: quarum pœnam extenuare non potuit.* Habendæ compedes.] *Vi-locutionem ſeruili perſonæ dedit Terentius. nam in-ſſet; ſi diceret, habēdas compedes, vnde quidam non vſq; legunt.* Opus ruri faciundum.] *Varie, mo-, vapulandum, compedes habendæ, opus ruri fa-m, & ſupra verba gerundia ſunt, infra participia.* n nihil quicquam animo nouum.] *Recte addi-no, omne enim quicquid acciderit, nouum erit, ſed mo.* Horum nihil quicquam.] *παρέλκον quar-*orum nihil quicquā accidet animo nouum.] *illud ſapientis Aeneæ, non vlla laborum, O virgo*

noua mi facies inopinàve ſurgit. &, Arma parate an
& ſpe præſumite bellum. &, Hunc ego ſi potui tantun
rare dolorem, Et perferre ſoror potero. Quicquid pı
ſpē eueniet, id deputabo eſſe in lucro.] Totidē
eſt vſus, quot ſenex ad irriſionem eius. Sic & in Adelp
ſpicere tanquam in ſpeculum in patinas Demea iube
mne id deputabo eſſe in lucro.] Hoc ide ſenex op
fieri dixit, quod hic facit, ergo ſapientior Geta. Sed
ceſſas hominem adire?] Bene adire, quaſi terribil
pugnaturum. vt Vergil. Audet adire virum. &, Hon
comice addidit. Et blande in principio alloqui.]
monuit, non perpetuo blande. ſed in principio agendu
cundum præceptum Socratis, qui ait, * Phædrian
fratris.] Hæc verba oſtendunt, quam miti pectore ſu
tur Phædria. Mi patrue ſalue.] Mi, vim blandimen
bet. nam ſignificat Meus. Salue, ſed vbi eſt Anti
Bene expreſſit promptum animum ad litigandum, p
addita ſalue, & potius ad iurgium præuertendo. Sa
venire.] ἔκλειψις vel ἀποσιώπησις ſecunda. Gaude
ſubauditur: quod niſi acceperis, non intelliges cur
ſponderit, credo. Saluum venire.] Iracundiam fr
conatur obſequio & mora. Saluum venire] Alter
tatio & ad leniendum, & ad criminis diſſimulation
& tertio addit, Satin' omnia ex ſententia? Valet.] H
torie diſſimulat: atque ita reſpondet, quaſi ſenex non
quærat: ſed de ſalute ſollicitus ſit Antiphonis. Cred
reſpō de mihi.] Hoc incerta diſtinctione pronūciatu
ſatin' omnia ex ſententia?] Quod vulgo, Omnia
Et deeſt quæris, aut quid tale. Vellem quidem.]
hoc verbum dolentis eſt, ac negantis euenire quod
Quid iſtuc eſt?] Magnam vim habet contra iram
modi interrogatio. Bonas me abſente.] Mire con
dinem expreſſit, dicēdo bonas. Bonas me abſente.
ma criminis. Bonas me abſēte hic cōfeciſtis nu
Crimen in duob. eſſe demonſtrat: quod non bonas, &
abſente patre. Eho, an id ſuccenſes nunc illi?] H
debat interrogatio, vt tam integris reb. admiraretu
ſenem. O artificem probum. εἰρωνεία nam non
fex, cuius deprehenditur iocus. Geſtio.] Plus geſtio
volo. Dari mihi in conſpectum.] Non dixit venir

*ſed dari, vt reum.* Lenem patrem illum.] *O artifi- poetæ, in medi . patris ſæuitia mentionem lenitatis in-, vt oſtendat quam facile placari poſſit* Lenem pa- illum, factum me eſſe acerrimum.] *Nota* ἀντίθε- *n enim ſeni aſperrimum, ſed acerrimum reddidit, & uit gradum poſitiuo ſuperlatiuum apponẽs.* Lenem m illum factum.] *Sic Verg. Quantum mutatus ab ectore.* Atqui nihil fecit patrue.] *Summa contra- nis. & non dixit, leniter peccauit: ſed nihil fecit: neq; punias ſed quod ſuccenſeas, id quod leuiſſimum eſt.* autem ſimilia omnia.] *Ecce autem, vox eſt apta his oua & improuiſa animo acciderunt. Sic Vergil Ecce emini à Tenedo tranquilla per alta.* Similia omnia: es congruũt.] *More ſtomachantis omnia & omnes, dicit quæ ad duos pertinent.* Vnum cognoris, o- noris.] *Iterũ non duos ſed omnes. & varie cognoris* Vnum cognoris, omnes noris.] *Sic Verg. Accipe Danaũm inſidias, & crimine ab vno Diſce omnes.* Hic xia eſt, ille ad defendendam cauſam adeſt.] *Hoc pho non ſine quadam delectatione dixit, quam tamen t, ob iram præſentem.* Cum ille eſt hic preſto eſt.] *loco reddidit Cice. illum locum in Verrinis, Qui ciues erant, ſi Siculi eſſent, tum ſi eorũ legib. dari oporteret: iculi ſi ciues Romani eſſent Nam ſubauditur ad, Qui Romani erant, Iudices dabantur, ad, Si Siculi eſſent, ditur Rei.* Cum ille eſt.] ζεῦγμα *ſecundum, nam c ſubaudiendum eſt in noxia.* Hic præſto eſt.] *Ad dendam cauſam, ſubauditur.* Probè eorum facta udens.] *Ideo imprudens: quia neſcit in amore citha- æ eſſe Phædriã.* Imprudens.] *Modo inſciens.* Nam ni ita eſſent, cum illo haud ſtares Phædria.] *Vide admodũ iam præſtruat poeta ad ea, quæ futura ſunt, iuuãdum amorem Phædriæ.* Cum illo haud ſtares dria.] *Cum Antiphone ſcilicet. Et cum illo* αὐτὶ τοῦ *pro n eius parte ſtamus, pro quo facimus. Sic Verg. Iuppi- ic ſtat.* Si eſt patrue, culpam vt Antipho in ſe ad- rit.] *Principium per inſinuationem ſubtilem. Et ho- locutio, Si eſt vt admiſerit: pro, ſi admiſit.* Si eſt pa- , culpam vt Antipho.] *Oratorium principium.* In ſe iſerit.] *Bonq ornatu addidit, in ſe: cum & ſine hoc ple-*

*num vir*

*num videri poſſit. Et hic eſt, quem Cic. ſuccum oratio* *pellat.* Ex qua re minus rei foret ac famæ.] *Ne* *comparatiua qualitas eſt, pauperis* neq; ſtrenui. Et* *in negocio nuptiarum duab. rebus conſuli, rei & fam* *eſt facultatib. dotis, honeſtatiq; natalium.* Ex qua r nus foret.] *Hæc tractatio eſt criminis oratoria, in q* *fenſor accuſat crimen, reumque purgat.* Ex qua re.] *venuſte inſertum Re, cum præpoſuiſſet culpam.* Min foret.] *Quia pauperem.* Famæ.] *Quia ignobilem.* perans.] *Conſulens, prouidẽs, moderatus: vt, Iam ſib curuis male temperat vnda carinis.* Non cauſam quin quod meritus eſt, ferat. ] *Rhetoricum θεάγη* *huiuſmodi exceptionibus: quo vti ſolet qui propoſitæ* *fiduciam gerit. Si hoc, aut illud, non oro veniam, n* *precor pœnam.* Quin quod meritus.] *Hunc defen* *magis & non iudicem dicam: ſed hic colligitur patroc* *tis autoritas. non enim dixit, quod voluerit: ſed quod* *tus ſit, manente eo, ſi peccauerit tamen.* Sed ſi quis malitia fretus ſua.] *Forte, quaſi non defenſurus,* *mul cauſam cogniturus aduenerit, nec contendit v* *eſſe quod dicit, ne ſollicitum faciat ad credendum. Si* *Verg. Sinon, Dum vela darent, ſi forte dediſſent* Inſ noſtræ fecit adoleſcentiæ.] *Bene ſe adiungit ad cr* *vt eleuet culpam.* Inſidias noſtræ fecit adoleſcen *Mirè inſidias dixit, vt diu comparata cauſa, per ign* *tiam doloſq; capti videantur.* Adoleſcentiæ.] *O po* *ætatis commemoratio πρὸς τὴν συγγνώμην.* Noſtrá culpa eſt, an iudicum? &c.] *Potentior facta ſen* *eſt τῇ ἐρωτήσει, & oratoriè, Noſtráne culpa, an iudi* *duplex μετάθεσις, altera in accuſatorem, altera in iu* *Et bene ſuam miſcuit perſonam, vt reum ſubleuet* *merito, & multitudine reorum.* Noſtráne culpa a dicum?] *Mirè aſſurrexit in fiduciam defenſoris. nam* *ſupra de Antiphone dixerit, nunc intulit noſtra.* Qu pe propter inuidiam adimunt diuiti.] *Notum al* *qui inuident.* Aut propter miſericordiam addũt peri?] *Poſteriorem cauſam honeſtiorem poſuit, ne non* *tiphonem defendere, ſed accuſare iudices videretur.* propter miſericordiam.] *Primum ἀντίθετον. Et ora* *naturã iudicũ, τοῦ δικαστοῦ expediuit.* Ni noſſẽ ca

crede

em vera hunc loqui.] *Suauiſſimè laudauit ora- qui omnia ad perſuadendum idonea aduocans, ſo- nſcium non adduxit ad credendum.* Ni noſſem n, crederem vera hunc loqui.] *Oblique poeta ſe it.* An quiſquam iudex eſt, qui poſſit, *&c.*] *et iam perſuaſum ſeni eſſe, verũ aduerſarium fuiſ- mionem, non ſubiectum atq; appoſitum ſycophan- ide ad aliud tranſit, vt accuſet ſegnitiem in reſpon- quæ leuior culpa eſt. Ita, vt credentibus mos eſt, m ſeni ſingula extorquentur è manibus.* Tua iu- *iſertè magis, & abſolutè, tua iuſta, quàm ſi aliter* Vbi tute verbum.] *Non dixit, parum dicas: ſed* a. Ita vt ille fecit.] *Vnde ſcit? an illa poetæ virtus d omnia ante inducit cognouiſſe: ne in ſcena hac, vt idiens, tragicis motibus inſaniret?* Functus ado- uli eſt officium.] *Oratorie crimen quod obiectũ urgauit modo, ſed etiam ad laudem cõuertit, quod s περίστασιν dicunt & hoc de Apollodoro.* Functus centuli eſt officium liberalis.] *Deriuatio cauſæ. enialis ſtatus.* Functus adoleſcentuli eſt offi- beralis.] *Ingenioſe non negauit hoc crimen, occa- laudis de confeſſione ſumpturus.* Officium libe- *Potenter officium nominat, quod ille crimen appel- oeta, functus officium, accuſatiuo, quod nos ablati-* Vbi quam ad iudices ventum eſt, non potuit co- proloqui.] *Hęc apud oratores μετάθεσις αἰτίας di- oc eſt translatio cauſæ facti: quem vulgo colorem nt.* Non potuit cogitata proloqui.] *Ergo quod t, induſtriæ eſt: quod nihil dixit, pudoris.* Ita eum nidum.] *Timidum, perturbatum. Plautus, Nam tri timida es. Et ipſe in Adelphis, Me miſerã, quid- quod ſic video timidum, & properantem Getam?* hũc, ſed ceſſo adire? *Satis defenſionis, vbi Ge- d. re non timeat dominum.* Here ſalue: ſaluum eniſſe gaudeo.] *Principium à beneuolentia. Et nilitatem aptiſſimam ſeruo callido. Credáſne hunc ſupra dixerit. Herus ſi rediẽrit, molendũ eſſe in pi- apulandũ, &c.* Oh bone cuſtos ſalue.] *Ab ini- motus ſeruatus eſt ſeni: nam id hoc eſt quod ſu- t, O Geta monitor. quanquam per ἀνέγκλησιν plus ſi-*

*gnifica t*

*gnificat quod dicit, Bone cuſtos : quã quod ſupra Mo* Columen verò familiæ.] *Columen, culmen. an co columna? vnde columellæ apud veteres, dicti ſerui ris domus. Lucil. 22 Seruus neq; infidus domino, neq; tilis cuiquam. Lucilij columella, hic ſitus eſt Tubero. in milleſimum annum eorũ columine ciuitas cõtinet Horatius contra pro columine columna, Iniurioſo n proruas ſtantem columnam. Ennius* 10. *Regni * ver ſummam vero columnam.* Columen verò familiæ *ſtentatio, vel decus. vnde colũnæ dictæ, & moralis* ἐν εἰρωνείᾳ. Cui cõmendaui filium hinc abiens *Duplex accuſatio eſt de eo quod fecerit. Hæc conueni eas perſonas, quas ſpectare non oportuerit.* Iamdud omnes nos accuſare audio immerito.] *Vide qu his verbis etiam vultus quidã ſerui contumacis app & verſute mali. & hoc eſt quod dixerat, Ego in inſi ero ſuccenturiatus.* Immerito, & me omnium h immeritiſſimo.] *Tantum impudentiæ ſupereſt, vt lum ſe, ſed alios etiã defendat.* Horum omnium i ritiſſimo.] * *horum & ſic nos hanc & hunc dicim* quid me in hac re facere voluiſti.] *Bona exceptio cuius eſt, quaſi in aliis omnia fecerit.* Immeritiſſim *paruo, falſo, de aduerbiis eſt in o deſinentibus.* In voluiſti tibi.] *Quàm contemnat iram domini, vt purgatior videatur, ex hoc apparet, quod addit Tibi nim dicere ſolemus, Quid tibi vis faciam? cum alie gotio fruſtra nos oſtendimus laborare.* Seruum nem cauſam orare leges non ſinunt.] *Hoc no ignoranti dicit: ſed ſtomachoſe admonet, velut ſtultu rem manifeſtam nõ cogitet.* Seruum hominem ca orare leges non ſinunt.] *Vetuſte hominem. Sal Iugurtha, Cum interim Hiempſal reperiretur occul in tugurio mulieris ancillæ.* Seruum hominem ca orare leges non ſinunt.] *Mirè extenuauit condi ſuam, dicendo, Non me, ſed ſeruum. & addendo Hon moraliter locutus eſt. Sic Vergil. Venerat antiquis de finibus Aeron, Graius homo.* Cauſam orare.] *propriè. Sic Vergil. Orabunt cauſas melius.* Neque monij dictio eſt.] *Vis ſcire, inquit, quàm non lice no pro domino dicere? Nec teſtis loco produci poteſt.*

teſti

nonii dictio eſt.] *Varie: non enim dixit, Neq; teſti-um dicere.* Mitto omnia.] *Et iam hoc perdidit ſe-quod videbatur validum ad accuſationem. Ita grada-li ſingula ſubducuntur, & accuſationis impetus e-cit.* Adde iſtuc, imprudens timuit adoleſcens.] *mnia verba cauſalem ad argumentandum vim ha-Mitto, ſino: vim habent contra voluntatem conce-*. Imprudēs timuit adoleſcens, ſino.] *σχῆμα διασυγχώρησις. Et ſingula pronuncianda, vt plura vi-ur.* Tu ſeruus, verum ſi cognata eſt maxime.] *btentu huius propoſitionis, in qua pars legis oſtendi-m Poeta præparat locum fallaciæ Phormionis de do-pienda.* Verum ſi cognata eſt maxime] *τῷ ἰδίω- addidit maxime. nam ſiue eſt cognata, ſiue non eſt: ecipit τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, hoc eſt, nō dicitur maxime ta, & cognata minime: ſed aut eſt, aut non eſt. Alij linant, Non fuit neceſſe maxime habere. alij, ſed id lex iubet, maxime dotem daretis.* Sed, id quod lex, dotem daretis.] *Id quod lex iubet, ordo. ſic Verg. m, id quod multo tute ipſe fatebere maius.* Quære-ium virum.] *Quæreret, quàm idoneum eſt ad ſigni-onem odiorum. Vergil. Quærat ſibi fœdera Turnus.* ratione inopem potius ducebat domum?] *Ma-onitu intulit quod minus momēti habet aduerſus eos, ccuſantur quàm illa ſuperiora.* Inopē potius du-t domum.] *Non inopem potius: ſed potius ducebat ſtinguendum eſſe.* Non ratio, verū argentum de-] *Hoc ita ludibundus abſoluit Geta, vt etiam quaſi cū reſpondeat.* Alicunde, nihil eſt dictu facilius.] *uaſi ſubridens, & auerſo ab illo vultu pronunciauit, quod genus actionis, ſecuritatē oſtendit hominis ma-a dicentis.* Alicunde.] *Demipho Alicunde ad facili-retulit: hic ſic intelligere ſe fingit, vt quaſi nō habens Demipho de proximo à quo dicere incipiat, dixerit A-de.* Nihil eſt dictu facilius.] *Mire, vt ſolet, prouer-nio diſſoluit totam ſenis intentionem vt in Heautont. d ſi hoc pater reſciuerit. Quid ſi redeo ad illos qui a-Quid ſi nunc cœlum ruat?* Poſtremo, ſi nullo alio o, vel fœnore.] *Oſtēdit ſe ſenex hæc perdere, cum ab d alia tranſcendit excluſus.* Dixti pulchre, ſi quidē quiſ-

quiſquam crederet.] *Vide quàm non laboret ad re, dendum Geta: ſiquidem illi per ἀπωνάσιν r ſpondit.* Cr ret.] *Pecuniam committeret.* Non, non ſic futurun non poteſt.] *Hic iam palmæ locus eſt debitæ poetæ. ſi dem & omnia & obiecerit Demipho, omnia ſoluerit ( quibus actis ſola irrationabilis exclamatio relinqueri ni.* Non, non ſic futurum eſt: non poteſt ] *M abnegatio frequenti repetitione firmata.* Egone il cum illo vt patiar nuptam vnum diem.] *Hic e quo ſupra dictum eſt, Illéne indotatam virginem, atq gnobilem daret illi? nunquam faceret.* Egone illam illo vt patiar nuptam?] *Hic iam præſtruitur quàm lè triginta minas perditurus ſit Demipho, dum illam excludere.* Nihil ſuaue meritum eſt.] *Ordo & ſenſ eſt, Nihil mihi mercedis ſuaue eſt: vt ego illā cum illo ptam feram. Suaue meritū enim, ſuauem mercedem ſ ficat.* Hominem cōmonſtrarier.] *Bono ordine per ad Phormionem: à quo magis dominabitur.* Aut vbi bitet demonſtrarier.] *Mirè oſtendit quàm hic ſenex temnat Phormionem modo à quo mox ſuperabitur.* Il patronum mulieris.] *Hic cōtemptum aduerſarij, e fiduciam monſtrat.* Antipho vbi nunc eſt?] *Mitius quærit vbi ſit Antipho: & vtrum amatæ adhæreat, ſi liter quærit; quod ſeruus intelligens, reſpondit Foris.* hic aderit.] *Verg Haud ſibi cum Danais rem ſaxo, & be Pelaſga.* Foris.] *Foris dixit, cum fugiſſe eum ſciat.* Phædria, eum require, atque adduce huc.] *Oppo na & apta ſimplicitas attribuitur Demiphoni, nihil de Phædria ſuſpicanti.* Eo recta via equidem illuc. *amatorem oſtendit Phædriam: & ſimul id agit, ne in ſpectum patris veniat Antipho.* Nempe ad Pamphi *Niſi hoc Geta dixiſſet, non intelligerent ſpectatores dixiſſet Phædria.* At ego deos penates hinc ſalutai domum deuortar.] *Nulla mentio fit vxoris apud miphonem. non enim conuenit argumento vt habeat. que quid in Cilicia geſſerit, demonſtratur, ideo, quia dictum eſt, Noſter in Ciliciam ad hoſpitem antiquum: ſa enim quæſita eſt cur abeſſet, dum vxorem ducat A pho: & cauſa ex argento, id eſt, auaritia, quo minus deatur pati nurum pauperem, qui ob ſpem lucri ab.

*i Ciliciam nauigarit.* Hinc ſalutatum.] *Ab hoc lo-* ſalutatum.] *Adoratum prima poſt reditum prece.* ortar.] *Bene deuortar, quaſi de via.* Atque aliquot amicos aduocabo.] *Iam præparat ridiculam ad-ionem: quæ plures adhibendo iuriſconſultos incer-eddetur.* Amicos aduocabo.] *Amicos & pro te-, & pro aduocatis veteres poſuerunt.* Adſient.] *Pro-dſient. adeſſe enim dicuntur aduocati.* Vt ne impa-.] *Pro non.*

## ACTVS II. SCENA II.

*ochaici octonarij catalectici præter duos extremos.*

PHORMIO, *paraſitus.* GETA.

ie patris ais conſpectum veritum hinc abiſſe?
E. admodum. (nem?
hanium relictam ſolam? GE. ſic. P. & iratum ſe-
Oppido. PH. ad te ſumma ſolum Phormio re-
n redit:
hoc intriſti, tibi omne eſt exedendū: accingere.
bſecro te. P. ſi rogabit? G. in te ſpes eſt. P.* ec- al. ecce rem.
re.
ſi reddet? GE. tu impuliſti. PH. ſic opinor. GE.
bueni.
do ſenem: iam inſtructa ſunt mihi corde con-
a omnia.
uid ages? PH. quid vis, niſi vt maneat Phaniū,
que ex crimine hoc
honem eripiam, atq; in me omnem iram de-
em ſenis? (mio
vir fortis, atq; amicus. verum hoc ſæpe Phor-
or, ne iſtæc fortitudo in neruum erumpat de-
que. PH. ah,
ita eſt: factū eſt periculū: iam pedū viſa eſt via.
me cenſes homines iam deuerberaſſe vſq; ad
cem
ites, tum ciues: quo magis noui, tanto ſæpius?
dum, an vnquam iniuriarū audiſti mihi ſcri-
m dicam?
uid iſtuc? P. quia NON RETE accipitri tendi-
, neque miluio,

Qui malefaciũt nobis:illis,qui nihil faciunt,tēditu
Quia enim in illis fructus eſt, in illis opera luditu
Aliis aliunde eſt periculum, vnde aliquid abra
poteſt: (mur
Mihi ſciunt nihil eſſe: dices, ducent damnatum d
Alere nolunt hominē edacem: & ſapiunt mea qu
dem ſententia,
Pro maleficio ſi beneficiũ ſummum nolũt redde
GE. Non poteſt ſatis pro merito ab illo tibi refe
gratia.
PH. Imò enim nemo ſatis pro merito gratiam re
refert. (ne
Téne aſymbulum venire vnctum, atq; lautũ è ba
Otioſum ab animo: cum ille & cura, & ſumptu a
ſumitur:
Dum tibi ſit quod placeat: ille ringitur: tu rideas.
Prior bibas: prior decũbas: cœna dubia apponit
GE. Quid iſtuc verbi eſt? PH. vbi tu dubites, quid
mas potiſſimum:
Hæc cum ratione ineas, quàm ſint ſuauia, & qua
chara ſint,
Ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præſe
tem deum?
GE. Senex adeſt: vide quid agas: prima coitio eſt
cerrima:
al.illa. Si eam ſuſtinueris, poſt * illam iam, vt lubet, lud
licet.

ITáne patris ais conſpectum veritum hinc abiiſſ
*In hac ſcena de paraſitis vilioribus Terentius proponit*
*maginem vitæ: vt in Eunucho de potioribus, & his q*
*nuper proceſſerint, i. de aſſentatoribus. Animaduerte*
*dum autem huiuſmodi genus hominum magis à Teren*
*lacerari.* Itáne patris ais conſpectum veritum hi
abiiſſe?] *Adhuc narratur fabula de Terentio ebrio*
*Ambiuio: qui acturus hanc fabulam, oſcitans temule*
*ter, atque aurem minimo inſcalpens digitulo, hos Tere*
*tio pronuntiauit verſus, quibus auditis exclamauerit p*
*ta, ſe talem cum ſcriberet, cogitaſſe paraſitum: vt ex ind*
*gnatione, quod eum ſaturum potumq; deprehenderat, e*
*linitus ſtatim ſit.* Itáne patris ais?] *Hæc & labia linge*

*brius: & ruſtans, vt poteſt ſatur, pronus clauit actor us.* Admodum.] *Admodum annuendi vim habet taxat modo & ſubauditur Veritum.* Phanium reli- m ſolam ] *Subauditur Ais.* Oppido.] *Non aio, ſed um intelligo.* Iterum ſenem.] *Iterum Ais ſubaudi-* Ad te ſumma ſolum Phormio rerum redit.] *Ideo it expergefactus ad has cauſas accedit Phormio: quia dius ſolicitum conuenit eſſe paraſitum, nec quicquam d, niſi de conuiuio, vel propter conuiuium cogitare. , niſi à Geta cogitur, modo etiã negotiorum Antipho- negligens eſt, atq; ſecurus.* Tute hoc intriſti, tibi o- e eſt exedendum.] *παροιμία apta paraſito: quæ de ci- eſt. Hoc autem inter ruſticos de alliato mortario dici ſo- & bene intriſti. proprie enim intrita, dicitur huiuſ- i cibus.* Accingere.] *Appara te, atque expedi.* Ecce quid ſi reddet?] *Totum hoc quaſi al a a gens loqui ur iſitus: vt ex hoc appareat, quid interſit inter audaciam phãtæ improbi, & patrisfamilias perturbationem mi- è litigioſi: nam ille in bona cauſſa aduocatos quærit, & ſollicitus in toto actu eſt: hic in puncto temporis ſe ad mniam præparauit.* Quid ſi reddet?] *Bene iam ad d reſpicit fabula quod futurum eſt, propter Phædriã.* opinor.] *Non ad, Tu impuliſti, hoc pertinet, ſed ad id, d ſecum tacitus voluit Phormio.* Quid ſi reddet?] *Hoc quid ſi reſpondebit? An, quid ſi mulierem reddet?* Ce- enem.] *Hic alij excluſiſſe torporem ſomni inducunt aſitum: alij tranſglutiſſe quod in ore mandebat: quaſi moræ fuerit ad videndum ſenem.* Cedo ſenem ] *Non ui moliminis certamen impendet, cum ſenex dixerit, ninem commonſtrarier mihi iſtum volo: paraſitus di- Cedo ſenem.* Quid agis? ] *Non interrogantis, ſed me- itis hoc dictum eſt.* Quid vis, niſi vt maneat Pha- m: atq; ex crimine hoc Antiphonem eripiam, at- e in me omnem iram deriuem ſenis?] *Tria promit- n quibus omnis cauſſa Antiphonis eſt cõſtituta.* Atq; rimine hoc.] *Sic dixit ex crimine eripiam, quaſi ex ndio. Conſidera trium rerum, quas promittit, gradus αὔξησιν eſſe ſeruatos.* Phanium.] *Vxorem ſcilicet An- onis.* Antiphonem eripiam.] *Bene eripiam dixit. vim ſignificat doli, pro eo qui iam teneatur oppreſſus.*

*Verg. Túne hinc ſpoliis indute meorum Eripiare mihi?* I me omnem iram deriuem ſenis?] *Deriuatio dicitu inflexio criminis ab eo ad quem pertinebat, ad eum a quem non pertinet.* O vir fortis atque amicus.] *Ordi laudauit. plus eſt enim amicus, quàm vir fortis. Et appa ret auerſum Getam exclamaſſe: quod maiorem vim habe quàm ſi amice dixiſſet.* O vir fortis, atque amicus.] *No minatiuum pro vocatiuo poſuit.* Verum hoc ſępe Pho mio.] *Bene ſæpe addidit, vt ſententiam faceret de ſpecia dicto.* Vereor ne iſtæc fortitudo in neruum erump denique.] *Quid eſt iſtæc? nimium audax ſcilicet. & co uenit hoc dictum Getæ: qui & ſupra dixerat, Eſt paraſ tus quidam Phormio, homo confidens.* Verum hoc ſæp Phormio vereor, ne iſtæc fortitudo in neruũ erum pat.] *Ex cõſuetudine Romana dixit: quia ſæpe in neruu coniiciebantur ex aliquo maleficio in carcerem miſſi. A prouerbium à ſagittariis natum eſt: quod immodera plerunq; vires, adducendo arcũ nõ telum incitent, ſed ne uum rumpant? An ex eo quod ſæpe fortius ferientes, ne uum ſibi aliquem lædant? Ergo fortitudine nimia ſæp vinci, ſæpe decipi contingit.* In neruum erumpat deni que.] *Deniq; modo παρέλκον, Terentiana cõſuetudine, q hanc particulam in vltima ponit ſententia.* Iam pedu viſa eſt via.] *Pedum, pro pedibus. & viſa ἀντὶ τοῦ prou ſa. Et totum μεταφορικῶς.* Quot me cenſes homin iam deuerberaſſe vſque ad necem?] *Paraſitice totu translationibus loquitur. huiuſmodi eſt enim vis vmbra ticorum hominũ, ſcurrilis oratio.* Hoſpites, tum ciues *ἀναχόλουθον ſecundum, deeſt enim ſupra Cum. Et bene po ſterius poſuit id quod maius eſt.* Cedo dum, an vnqu iniuriarum audiſti mihi ſcriptam dicam?] *Plus e hoc per interrogationem intuliſſe, quàm ſi diceret, Nun quam mihi ſcripta eſt iniuriarum dica.* Iniuriarum ſcri ptam dicam.] *ἀκυρολογία. ſic enim & Tullius, Scribitu Heracleo dica.* Dica.] *Dice, cauſa eſt Græcè, quæ fit Lat nè Dica: vt Acte Acta, Calliope Calliopa.* Quid iſtuc? *Interrogare dicitur & fingitur Geta, vt paraſitica pro grediatur oratio.* Quia non rete accipitri tenditur, ne que miluio.] *Rurſus per ἀλληγορίαν loquitur paraſitus vt totum triuiale ſit, a communiis eſcisque translatum*

Qui

Quia non rete accipitri tenditur,neque miluio.] *Legitur & tennitur: habet enim* n *litera, cum* d *communionem.* Qui male faciunt nobis.] *Ore & vnguibus ſcilicet.* Illis qui nihil faciunt,tenditur.] *Non ſic accipe, nihil faciunt, quaſi dicat, nec bene nec male: ſed cum legeris nihil faciunt, ſubaudito, nobis male.* Quia enim in illis fructus eſt.] *παρέλκον tertium, quo aut quia (& ſic enim ſubiungatur) aut ipſum Enim ſuperuacuum eſt.* In illis fructus eſt.] *Quia nihil faciunt nobis male.* Quia enim in illis fructus eſt.] *Fructus cibus: quia frumen dicitur tractus gulæ, qua cibus in aluum demittitur.* In illis opera luditur.] *Quia male faciunt nobis.* Luditur.] *Exercetur. An illuditur, id eſt Fruſtratur?* Alijs aliunde eſt periculum, vnde aliquid abradi poteſt.] *Vtrum hic ſenſus eſt, quaſi dixerit, Aliud alijs periculum affertur, à quib. aliquid auferri poteſt? an, alij aliunde periclitantur, quam creduntur? eſt enim illis cauſa periculi, non quæ videtur, ſed quia ab his aliquid auferri poteſt.* Vnde aliquid abradi.] *Abradi, per vim auferri.* Mihi ſciunt nihil eſſe. *Rei ſcilicet.* Ducent dānatum domū.] *Secundum ius ſcilicet, quo obærati, cum ſoluendo non eſſent, ipſi manu capiebantur.* Ducent damnatum domum.] *Vſus eſt verbis ad extenuendam pœnam, & rem ad commodum transferendam. nam quod obæratis inimicum eſt, id paraſitus maxime optat, duci ab aliquo domum. Addidit autem damnatum, quaſi qui irrideat genus damnationis, in qua victor paſcere compellitur. & paſcitur victus.* Alere nolunt hominem edacem.] *Senſus eſt, Sciunt edacem: & ideo nolunt alere. & hoc ſic pronunciandum, vt facere totū videatur illatum. Quando obæratus ſit ſub huiuſmodi pœna: ne accuſari ab aliquo ſe queritur, neque damnari.* Hominem edacem.] *Se ſignificat.* Sapiunt.] *Sibi conſulunt.* Pro maleficio ſi beneficium ſummum nolunt reddere.] *Paraſitice beneficium ſummum dixit alere.* Pro maleficio.] *Pro iniuria.* Reddere.] *Retribuere, reponere.* Non poteſt ſatis pro merito ab illo tibi referri gratia.] *Multum promittit Geta paraſito, cum dicat nihil futurum, quod pro merito poſſit accipere.* Non poteſt ſatis pro merito ab illo.] *Huiuſmodi ſententias inſerunt poetæ parentheſi cum his quæ volunt inferre.*

Ab illo tibi referri gratia.] *Non ab eo qui te damn. duxerit: ſed Antiphone, de quo ſermo eſt.* Imò enim n mo ſatis pro merito gratiam regi refert.] *Bene par. tus, quicquid præſta., d. bere ſe dicit, & eſt proprium p ſonæ inferioris. Vergil. Tu mihi quodcunque hoc regni ſceptra Iouemque concilias: tu das epulis accumbere uûm* Gratiam. *Vicem.* Nemo ſatis pro merito g tiam regi refert.] *Rex aliàs regnator, aliàs dominus, al diues ſignificat. Sed nunc rationem habet nominis ad a quid dicti, ad ſignificandum paraſitum: vt enim paraſi regis eſt, & libertus patroni: ſic è contrario rex paraſiti e & patronus liberti. quod ſi non eſſet, non Nemo t tummodo. ſed nemo paraſitus diceret.* Téne aſymbolu venire vnctum atque elautum à balneis?] *Hæc non Apollodoro, ſed è ſexto ſatyrarum Ennij tranſlata ſi omnia. Quippe ſine cura, lætus, lautus cum aduenis, fertis malis, & expedito brachio, alacer, celſus, lupino i petu, expectans mox dum alterius obligurias bona: q cenſes dominis eſſe animi? Pro diuûm fidem, ille tri cibum dum ſeruat, tu ridens voras.* Téne aſymb lum venire.] *Et hoc nomen conſtat inter paraſitos c fictum atque compoſitum eſſe. Contra illud in Andr Symbolum dedit, cœnauit* Otioſum ab animo.] *πλ νασμός. Nam addidit Ab, cum ſufficeret Animo.* C ille cura & ſumptu abſumitur.] *Cura, in apparan. Sumptu, in coemendo.* Dum tibi ſit quod placeat.] *cuenda vox in eo quod ait Tibi. Et hoc eminenter ad ctum eſt, non ſui curam, ſed conuiuarum gerere illum q vocat.* Ille ringitur, tu rideas.] *Poetico lepore iiſdem ſ labis diuerſa ſignificantia prope inuicem poſuit, Ring tur & Rideas.* Ille ringitur, tu rideas.] *Varie: n pronu. iatiuo coniunctiuum miſcuit. Non enim dix Ringatur. Ringi & ſtomachari tacitum. eſt enim tran latio à canibus latraturis.* Prior bibas, prior decun bas.] *Hoc ad procacitatem paraſitorum retulit.* Pri decumbas.] *Sic alibi, Mature veniunt, diſcumbitu inquit.* Cœna dubia apponitur.] *Et hoc adeo par ſiticum verbum eſt, vt id non intelligat Geta. Qu iſtuc verbi eſt? Vt intelligat populus, idcirco non intell git, & vult doceri Geta. Oſtendit autem poeta pro vn*

quaq

*aque re verba propria eſſe, neque communia cum iis qui verſi ſunt actus.* Vbi tu dubites, quid ſumas potiſsimum?] *Non potius, ſed potiſſimum dixit: vt in re omni aliis alia monſtraret potiora. Plautus, Standum eſt lecto, ſi quid de ſumma petas.* Hæc cum ratione inſ. *Intelligas, æſtimes.* Quàm ſint ſuauia, & quàm cara ſint.] *Nonnihil philoſophatus eſt poeta, oſtendendo multis ſuauia eſſe, quæ cara ſint.* Cara.] *Magni pretij.* Ea qui præbet, non tu hunc habeas plane præſentem deum?] *Hoc eſt quod ait, Imo enim vero non ſatis pro merito gratiam regi refert* Non tu hunc habeas plane præſentem deum?] *Præſentes dij ſunt, qui ſtatim præſtant: vel qui coluntur & videntur, vt Sol & Luna. Alij præſentem pro potentiſſimo accipiunt. Vergil. Quo non præſentius vllum.* Senex adeſt, vide quid agas.] *Interuenit ſenex vltimo, & quidem quod extra argumentum per inuentionem dici potuit, conſumptum eſt.* Vide quid agas.] *Non terrentis eſt, ſed excitantis.* Prima coitio acerrima eſt.] *Translatio eſt à prælio: nam & congredi milites, & coire dicuntur.* Si eam ſuſtinueris.] *Multum de illo exigit, quando non dicit, ſi eum repuleris, ſed potius, ſi eum ſuſtinueris.* Poſt illam iam, vt lubet, ludas licet.] *In officio militari omne negocium vel pugna, vel ludus.*

## ACTVS II. SCENA III.

### DEMIPHO. GETA. PHORMIO.

EN, vnquam cuiquam contumelioſius — Senarij.
Audiſtis factam iniuriam, quàm hæc eſt mihi?
Adeſte quæſo. GE. iratus eſt. PH. quin tu hoc age:
Iam ego hunc agitabo: prò deûm immortalium,
Negat Phanium eſſe hanc ſibi cognatam Demipho?
Hanc Demipho negat eſſe cognatam? GE. negat.
PH. Neq; eius patrem ſe ſcire qui fuerit? GE. negat.
DE. Ipſum eſſe opinor, de quo agebam: ſequimini.
PH. Nec Stilphonem ipſum ſcire qui fuerit? GE. negat.
PH. Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens,

Negligitur ipſa. auaritia vide quid facit.

GE. Si herum inſimulabis * auaritiæ, male audies — l. malitiæ.

DE. O audaciam, etiam me vltro accuſatū aduer

PH. Nam iam adoleſcenti nihil eſt quod ſucce ſeam,

Si illum minus norat: quippe homo iam grandio

Pauper, cui in opera vita erat, ruri ferè

Se continebat: ibi agrum de noſtro patre

Colendum habebat: ſæpe interea mihi ſenex

Narrabat, ſe hunc neglegere cognatum ſuum.

At quem virum? quem ego viderim in vita optum

GE. Videas te, atque illum, vt narras. PH. abi in m lam crucem:

Nam ni ita eū exiſtimaſſem, nunquam tam grau

Ob hanc inimicitias caperem in noſtram familia

Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter.

GE. Pergin' hero abſenti male loqui impuriſſume

PH. Dignum autem hoc illo eſt. GE. ain' tande carcer? DE. Geta.

GE. Bonorum extortor, legum contortor. DE. Get

PH. Reſponde. GE. quis homo eſt? ehem. DE. ta GE. abſenti tibi

Te indignas, ſeque dignas contumelias

Nunquam ceſſauit dicere hodie. DE. ohe deſine.

Adoleſcens primum abs te hoc bona venia expet

Si tibi placere potis eſt, mihi vt reſpondeas,

Quem amicum tuum ais fuiſſe iſtum? explana mih

Et qui cognatum me ſibi eſſe diceret.

PH. Proinde expiſcare, quaſi non noſſes. DE. no ſem? PH. ita.

DE. Ego me nego: tu, qui ais, redige in memoriam.

PH. Eho tu ſobrinum tuum non noras? DE. eneca

Dic nomen. PH. nomen? maxume. DE. quid nun taces?

PH. Perij hercle, nomen perdidi. DE. hem quid ais PH. Geta,

Si meminiſti quod olim dictum eſt, ſubijce: hem,

Non dico: quaſi non noris, tentatum aduenis.

DE. Egóne autem tento? GE. Stilpho. PH. atq; adec quid mea?

Stilpho

io eſt. DE. quem dixti? PH. Stilphonem inquam
n noueras?
Jeq; ego illum noram: nec mihi cognatus fuit
quam iſtoc nomine. PH. itáne? non te horum
det?
talentûm rem reliquiſſet decem.
Dij tibi malefaciant. PH. primus eſſes memo-
er ferens.
eniem veſtram vſque ab auo, atque atauo pro-
a vt dicis: ego tum ſi aduenilſem, quî mihi
nata eſſet dicerem: itidem tu face? cedo
eſt cognata? G. heus noſter, rectè: heus tu caue.
ilucide expediui, quibus me oportuit
ibus: tum ſi id falſum fuerat, filius
non refellit? DE. filium narras mihi?
s de ſtultitia dici, vt dignum eſt, non poteſt.
t tu, qui ſapiens es, magiſtratus adi,
ium de eadem cauſſa iterum vt reddant tibi:
ndoquidem ſolus regnas, & ſoli licet
e eadem cauſſa bis iudicium adipiſcier.
tſi mihi facta iniuria eſt, veruntamen
s quàm lites ſecter, aut quàm te audiam:
m vt cognata ſi ſit, id quod lex iubet
m dare, abduce hanc, minas quinq; accipe.
Ia ha hæ, homo ſuauis. DE. quid eſt? num ini-
um poſtulo?
e hoc quidem adipiſcar ego, quod ius publi-
m eſt?
áne tandem quæſo, ciuem item vt meretricem,
i abuſus ſis,
edem dare lex iubet ei, atq; amittere?
t nequid ciuis turpe in ſe admitteret
ter egeſtatem, proximo iuſſa eſt dari,
o cum ætatem degeret: quod tu vetas?
a, proximo quidem: at nos vnde, aut quamob-
m? PH. ohe,
m (aiunt) ne agas. DE. non agam? imò haud
ſinam,
ec perfecero hoc. PH. ineptus. DE. ſine modo.
Poſtremo tecum nihil rei nobis Demipho eſt:

Tuus eſt damnatus gnatus,non tu:nam tua
Præterierat iam ad ducendum ætas. DE. omni
Illum putato quæ ego nunc dico,dicere:
Aut quidem cũ vxore hac,ipſum prohibebo d
GE.Iratus eſt. PH.tute idem feceris melius.
DE. Itáne es paratus facere me aduorſum omr
Infelix? PH.metuit hic nos, tametſi ſedulo
Diſſimulat. GE.bene habent tibi principia. PH
quod eſt
Ferendum feras,tuis factis dignum feceris,
Vt amici inter nos ſimus. DE. ego te tuam exp
Amicitiam? aut te viſum aut auditum velim?
PH.Si concordabis cum illa,habebis quæ tua
Senectutem oblectet:reſpice ætatem tuam.
DE.Te oblectet:tibi habe. PH. minue verò irar
hoc age:
Satis iam verborum:niſi tu properas mulieren
Abducere,ego illam eiiciam.dixi Phormio.
PH. Si tu illam attigeris, ſecus quàm dignum
beram,
Dicam impingam tibi grandem:dixi Demiph
Si quid opus fuerit,heus,domo me. GE.intelli

EN,vnquam cuiquam contumelioſius audi
ctam iniuriam?] *In hac ſcena, vt Rhetoribus veluti quædam controuerſia eſt, quæ vno tempore ex que parte tractatur: vt, ſi quis dicat legem eſſe, ne dem re bis agatur: & item, vt orbam proximus quidam abſente patre ſub hoc nomine vxorem c eſt ducere, vult illam pater adueniens eiicere ma nio: contradicitur. Meminiſſe autem debemus i contentione ea maxime dici, quæ ſimplici patriſa & calumnioſo ſycophantæ improbiſſimoque paraſi gruere poetæ viſa ſunt.* En, vnquam quic contumelioſius audiſtis factam iniuriam?] *I ſtructi ſunt aduocati: & recte. longum enim fuerat hæc poſt ſcenam geri.* En, vnquam.] *En vim ha dignationis poſt enarratam iniuriam.* Quàm h mihi?] *Facta iniuria, ſubauditur.* Adeſte quæſo *terim aduocati Demiphonem ſequi inducuntur*

*r.*

...le tacent prius, poſtea locuturi. Et adeſſe proprie. ad-... cauſa proprie dicuntur patroni & amici. Ade-... quæſo ] Proprie aduocatis adeſſe dixit. Et quia ipſe ... prantius pergit, rogat vt aſſequerentur. Iratus eſt.] ...d excitandum Phormionem dicitur. Quin tu hoc ...] Annuit vt taceat: & ſignificat ſilentium. Iam ego agitabo ] Modo Iam celeritatis eſt ſignum. Hunc, ...ontemptu dixit. Agitabo.] Perturbabo. Pro deûm ...ortalium.] ἐκπλεκτικῶς, deeſt fidem, aut quid tale. Cic. ...con Quid igitur prò deûm immortalium primum ...ocebas quæſo? Prò deûm immortalium.] Artifi-... prior exclamat: vt Demipho, qui iniuriam paſſus eſt, ... impetum accuſationis incurrat. Phanium negat ...anc ſibi cognatam.] Additum pronomen eſt, qua-...m omnibus diceret. Phanium eſſe hanc ſibi co-...am.] Magno ingenio Terentius impudentiam calu-...toris expreſſit: nam & prior incipit, & prior accuſat. ...ia non poteſt dicere, expellit Phanium Demipho: ne-...gnatam, inquit. Negat.] Vna opera Geta in duplici ...tur dolo. nam & audiente iam ſene, ſe eius defenſo-... tanquam abſentis, aſſimulat: & irritat ad vociferа-...m Phormionem, qui clamandi vlterius cauſam non ...ret, ſi taceret Geta Neque eius patrem ſe ſcire qui ...it.] Ambiguitas, quæ tamen ſenſu diſcernitur. Co-...am Demipho.] Hæc eſt flagitatio, quæ etiam nomen ...ltuoſe perſequitur atque exagitat. Ideo callidus ſy-...nta patrisfamilias proprium nomen non ſolum inui-... infert, ſed etiam repetit. Nec Stilphonem ipſum ... qui fuerit?] Hæc aſſeueratio mentientis eſt, imitata ...atem. Negat.] οὐκ πᾶς prima. nam extrinſecus au-...dum eſt, Pater. Sequimini.] Apparet Demiphonem, ...atremfamilias, perturbari non mediocriter: quippe ... & aduocatos conquiſiuerit aduerſus hominem ſine ...ocatis agentem: & progredi non audeat, niſi illi ſe-...ntur. Sequimini.] Sequimini dicit, quia properan-... & concitatiore gradu pergit iratus. Nec Stilpho-...n ipſum ſcire.] Quàm multa calumniatores claman-...uſa dicunt & vociferandi, vt ipſo ſtrepitu terreant. ... Stilphonem ipſum.] Tantundem quod ſupra, Neq; patrem. Scire debemus hoc nomen non fictum à para-ſito, ſed

*ſito, ſed auditum à puella, quæ vxor ducta ſit, dici.* egens relicta eſt miſera.] *Communis locus in au generalitate approbatior, facilius enim hoc de om quàm de Demiphone credatur: & ideo Ignoratur di negligitur, non, Ignorat, nec negligit Demipho.* Ig tur.] *Non agnoſcitur, ignorarique fingitur. hoc ei gnificat modo.* Parens.] *Pater. nam vt variaret, pa dixit, quem ſupra dixerat patrem. Patrem ergo dici læ à Demiphone ignorari.* Negligitur ipſa.] *Qui poteſt, vt qui ignoret parentes puellæ, id eſt, ignoran cat, tamen ipſam non negligat puellam: vtrumque co ſtus eſt.* Vide auaritia quid facit.] *Hæc conuerſus culum & coronam circumſtantium dicit & conque Nulla enim re magis populus concitatur, quam ſi q genum contemnat: inde & bonis inuident, & malos lunt, inquit Salluſt.* Vide auaritia.] *Proprie Vide chantibus conuenit, qui indignatione coguntur qua aliquo colloqui. Sic in Adelphis, Illud ſis vide, exen diſciplinæ. Sunt qui putent illum alicui de coron cumſtantium dicere moraliter.* Si herum inſimula uaritiæ.] *Inſimulare eſt crimen ingerere.* Si herun mulabis auaritiæ, male audies.] *Inſimulatio falſi, & veri criminis incuſatio. Sic Cic. Nihil eoru Galli inſimulabant, negarunt. Inſimulo genitiuo tur.* Male audies.] *Scilicet à me.* O audaciam.] *H clamatio oſtendit quid abſente patre defenderit fili* audaciam, etiam me vltro accuſatum aduenit *iam oſtendit perſuaſum eſſe Demiphoni, vim adhibit lio ſuo vxorem ducere: vno, cum hunc audacem ap altero, quod dicit etiam, quæ coniunctio & Antiph complectitur: & ſic accuſatum.* Nam iam adoleſ nihil eſt quod ſuccenſeam.] *Sic ſubtiliter, ac la purgatur à Phormione: nam cum dicit, Nihil eſt quo ſuccenſeam adoleſcenti, oſtendit adhuc ſuccenſuiſſe & mico fuiſſe animo. Cùm autem addit, Si illum minu rat, oſtendit eum contradixiſſe ſibi, & reſtitiſſe iudici ſic dicit, quod ſi adoleſcens non agnoſcens puellam, ve non meruerit, pater negata cognata fieri non poſſe.* N eſt quod ſuccenſeam.] *Succẽſere dicimus eum q amare debeat, læſus iraſcitur. Et vide vt veteratorie*

da

radixiſſe adoleſcentem. Si illum minus norat.] it non norat, ſed minus norat: quaſi & ipſe noſſe t. Quippe homo.] Repente tranſit ad nominati- m ſupra dixerit illum: & deeſt Erat, quod aſſumi- feriore. Iam grandior.] Hic comparatiuus non nificationem, qua magis ſiue minus à poſitiuo ſi- vt, Iam ſenior, ſed cruda deo, viridiſque ſenectus. e homo iam grandior.] Argumentalis narratio quæ nunc ſubiecta eſt ad fidem faciendam, & con- am perſonam defenſoris. Et grandior, non grandis, cat, qui grandior fuit, quam vt illum adoleſcens noſſe poſſet. Iam grandior.] Proprie grandis ad refertur ætatis, grandis puer, & grandis natu di- Cui opera, vita erat.] Hic oſtendit quam pauper & Opera ſeptimi caſus eſt: & Vita nominatiui. Cui vita erat.] Opera pro actu poſuit, & opera hic ab- caſus eſt. Ruri ferè.] Id eſt, ruri opera faciendo at cibum. Et bene addidit Ferè. non enim ſemper, unque. Ruri ferè ſe continebat.] Expreſſe oſten- riam hominis, qui in vrbe natus, interdixerat ſibi eius ob pudorem inopiæ. nam hoc ſignificat Conti- nde contenti dicuntur, in malis durantes. Hoc au- eres faciebant nobiles, cum ad paupertatem reda- t. Ruri ferè ſe continebat.] Continere ſe dicitur tra voluntatem ſe cõtinet. Colendum habebat.] nductaq; pater tellure ſerebat. Sæpe interea mi- x narrabat] Miſerabiliter, & inuidioſe poſitum & maiore fide, narrabat dixit, non querebatur. Et ggeſtionem argumentorum. Et ordo eſt, Sæpe nar- enex hunc ſuum cognatum ſe negligere. Sæpe in- mihi ſenex narrabat.] Habet miſericordiam odio- atio Se hunc negligere cognatum.] ἀμφιβολία, nſu diſſoluitur. Cognatum ſuum.] Hoc crimen ſa eſt, quod Cognatum addidit. At quem virum?] as iniuriæ à dignitate perſonæ. multi n. tales ſunt, atione abdicandi ſiat. Quem ego viderim in vi- imum.] Ab actu ac moribus. Et in vita, hoc eſt cum t, & in eo quod à viuo fit. Videas te atq; illum.] hoc clare dictum à ſeruo accipimus, vt defendiſſe m videretur. Quem ego viderim in vita opti- mum.]

mum.] *Modo in vita, in actu, in moribus.* Videas t que illum, vt narras.] *Hoc eſt parem te illi exiſti atque illum tibi. An potius ſeruus ſcien. hanc perſo fingi, velle te etiam mortuum hominem in luci melle catur parasito: vt etiam ipſe, aut nuſquam ſit, vt fictu pereat, vt mortuus? An ſic accipiendum, vt ſeruus ſub ſa voce hoc per iocum dixerit, tantum in vita te vide. ptimum, quam fuit ille quem narras? An ſic intelli dum, vt ſeruus hoc dicat, Si optimum eſt, victum q quærere, & in alieno agro eſſe: ita te videas, atque i vidiſti, quem ad hunc modum narras viuere. & allu illud quod ait, Quem ego videram in vita optimum.* deas te atque illum.] *Deeſt, vidiſti. ſcit enim illum vera dicere.* In malam crucem.] *Aduerbialiter, vt viciniæ.* Nam ni ita eũ exiſtimaſſem.] *Vt vita opti iudicarem.* Nunquam tam graueis.] *Hoc non qua midus, ſed quaſi religioſus & fidelis loquitur Phor* Ob hanc.] *Tanquam præſens ſit mulier de qua lis eſ demonſtratiua particula vſus eſt, dicēdo hanc.* Ob ha *Id eſt, pro filia ipſius* Inimicitias caperem.] *Capere mus, cùm id, quod in nobis eſt, aſſumimus, vnde caperi eligendo ponitur.* Quam is aſpernatur.] * *Quam ſupra reuocauit, ad puellam referens: vt, Quem regni ſperiæ fraudo. Et Sall. Nam Syllæ dominationem aude Et interpoſitis quibuſdam, Neque eſt offenſus domin. nem Syllæ.* Quam is aſpernatur nunc tam illibe ter.] *Aſpernari eſt auerſari, non ſolum corpore, ſed etia nimo. Aſpernari, reculare, auertere non agnoſcere. Eſt tem dictum à ſperno.* Illiberaliter.] *Apud veteres ill raliter dicebant factum ſi quis exceſſiſſet omne genus leficij. Sic in Adelph. Factum à vobis duriter, immiſeri diterque, atq; etiam ſi eſt, pater, dicendum magis aperi liberaliter. Vide more* ἀρχαϊκῶς *Illiberaliter pro magn vltimum poni.* Pergin' hero abſenti malè loqui?] *A loqui pro male dicere. Et quærit Probus quis ante Ter tium dixerit.* Impuriſſime.] *Improbiſſime.* Hero abſ te.] *Argute hero abſente, vt videatur fidelior qui defen abſentem: quod præſtans argumentum eſt, id in animo buiſſe Getam, etiam peregrinante domino.* Dignum tem hoc illo eſt.] *Non negat male loqui: ſed hoc eſſe*

gn

contendit malo homine. Ain'?] ἀπόστροφος nota eſt parat e ab n, & intermittit s literæ ſonum. eſt enim um, Aiſne. Ain' tādem carcer?] Non carcerarium, erem aſperius appellauit. ſic Lucil. Carcer vix carnus. & vix pro non. Bonorum extortor, legum rtor.] Ingenioſe de ipſo negotio ſunt inuenta conui norum extortor, legum contortor.] Fingit illi a de cauſa, & de negotio. Reſponde.] Timuit poeta, uſmodi vociferatio Getæ, quaſi veram diſcordiam apulis fingeret, & ideo facit iam à Phormione ipſum eri. Quis homo eſt?] Mirè ſeruus finxit ſe non vinem: vt ea quæ dixerit, in Phormionem ſyncere diedatur. & mira diſſimulatione addidit Homo: vt vinihil de præſentia domini cogitaſſe. Abſenti tibi.] deli opera eſt, ſi abſens aliquis defendatur. hoc er firmat, velut indicando. Sic in Andria, O Chreme, per uc aduenis, auſculta. Seq; dignas contumelias.] uas ipſe debet audire. Deſine.] Imponit ſilentium quaſi validiora dicturus ſit. vt ſupra, Tace dixit ſehe deſine.] Hac voce oſtendit plus iuſto pro ſe locugeri Getam. nam Obe interiectio eſt ſatie.atem vſq; idium deſignans. Adoleſcens primum abs te.] c autoritas in ſenibus, vt qui minoris ætatis fuerint, ppellatione pueri vel adoleſcentis, vel iuuenis etiam nt: vt hoc de nomine illis quidem detrahant, ſibi vero tatem attribuant. Sic Verg. O præſtans animi iuueuantum in feroci Virtute exuperas. Bona venia.] ra, ſine diſcordia. Si tibi placere potis eſt.] Pro poihi vt reſpondeas.] Bene mihi: vtpote patri adolevel domino Geta, vel etiam ſeni. & verbum eſt ſcru aliquid interrogantium. Sic Verg. Mihiq; hæc ediſera rogati. Et, Dic mihi Damœta cuium pecus? Quē um tuum ais fuiſſe.] Ais dicimus de iis, qui vana ntur: Dicere autem dicimus de iis qui validiora. Ex.] Manifeſta, expone. Et qui cognatum.] Qui, quo vnde. Proinde expiſcare quaſi nō noſſes.] Prolta, ſimilitudinis aduerbium eſt modo, non cōiunctio: oinde tona eloquio ſolitum tibi. Expiſcari eſt diligene quærere vbi nam piſces lateant. ergo verbum eſt um à piſcatorib. Ego me nego, tu qui ais.] Subaudiur ad

ditur ad omnia Noſſe. Eho tu ſobrinum tuum.] Po
lari quadam, vulgariq́; fatigatione, vtpote ſcurra, reſ
dit. Nomen? maxime.] Falſa non habent memoriam
ergo deeſt, neſcio, vel, neceſſarium eſt Quid nunc tac
Vrget ſenex: quia intelligit eum nomen neſcire. Subii
Suggere. Non dico: quaſi non noris.] Mirè. nam v
tur ai te celare id, quod inuitus neſciebat. Stilpho.] ου
ψις. nam reddit ad nominatiuum Eſt: vtique Stilpho
rurſus ad accuſatiuum, Noueras, Stilphonem ſcilicet.
phonem inquam non noueras?] Figura ἐπιτροχασ
eſt autem ἐπιτροχασμὸς verborum ſuper ſe inuicem e
ſio, quæ ſit aduerſarij cauſa turbandi. vt Verg. nec l
ſcilicet hoſtes Quærendi nobis, circumſtant vndiq; mu
Imus in aduerſos: quid ceſſas? an tibi Mauors Vento
lingua, pedibusq́; fugacib. iſtis Semper erit? Stilphon
inquam non noueras?] Quaſi dicat, Conuincam, ſi
ges. At ſi talentûm rem reliquiſſet.] ἀξιόπιστον illud
cit. At ſi talentûm rem reliquiſſet.] More Romanor
apud quos hæreditas pecuniæ erat. Talentum autem q
dixit, more Græcorum admiſcuit. Ita vt dicis.] Ita ſum
quit vt dicis, auarus & ſuperbus. Et vide ſenem de iniu
non agere: quia iuſtè confidit & nititur cauſæ. Plerun
enim hac conſtantia animi fulciuntur, qui iuri confid
At contrà, qui nullo iure freti ſunt, litigant, & ad iniu
proſiliunt: vt his ſaltem perturbent aduerſarium, qui i
non valent. Condono igitur inquit, tibi omne contum
genus. Ego tum ſi aduenisſem.] Deeſt, ad iudicium
ſit, Cum ad iudicium veniſſem. Qui mihi cognata.] Q
vnde, quomodo. Heus noſter recte.] Geta ſic laudat
nem, vt optet vincere Phormionem. Heus noſter rect
Plaudit ſibi Terentius, ſuppoſita perſona: quaſi recte di
ſet. Iudicibus, quibus oportuit.] Probaui iudicibus
quit. Filius cur non refellit?] Refellere eſt arguendo f
ſum oſtendere. Cuius de ſtultitia dici, vt dignum eſ
Compendium conuiciorum eſt, Nihil dignum inuenire,
magna iniuria quod reſpondeas. Quandoquidem ſol
regnas.] Quoniam regnum ſolutum legib. eſt, & opp
mens libertatem. Sic alibi, Regnúmne hic Aeſchine po
des? Hic de eadem cauſa.] Hic, videlicet apud Athen
vbi leges, vbi libertas omnib. communis eſt. Potius quà

feceris; aut quam te audiam.] *Bis poſuit Quàm, genus figuræ primo ζευγμα contrarium eſt, vt in Heautontimorumeno, Propter quam in ſumma infamia & meo patri minus obſequens. Item, cæteratim neque tu egeres, neque hoc poſſis perdere.* Id quod lex it, dotem dare.] *Id, pro ob id.* Abduce hanc, minas quæ accipe.] *Modo id agit, quod reprehendit à filio ſſe factum, Dotem dare ti, quæreret alium. Et dotem t cuſtodem eſſe pudoris* Ha ha hæ] *Hic riſu deſtruod ſerio intendebat ſenex.* Homo ſuauis.] *Præſcrium iam alterum factum ſit, fieri vtrunque non poſſe.* ne hoc quidem adipiſcar ego.] *Quia enim à lege ec tat tantum id quod ſcriptum eſt* Itáne tandem ſo.] *Maiora argumenta ſunt quæ per interrogationē runtur.* Vbi abuſus ſis.] *A ſcripti voluntate. Vtiacum honore, abutimur cum iniuria.* Atq; am ite. ene amittere: quia finis cupiditatis amiſſio eſt* An, vt uid ciuis turpe in ſe admitteret?] *Idoneum uſtium eſt bonorum eſſe natalium ciuem dixiſſe na apud es peregrinæ mulieres in meretricū numero habebanic ipſe alibi, Adeóne eſt demēs ex peregrina? Et alibi, a mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi. Et Parmeno robans reſpondit, Poteſt taceri hoc, id eſt, meretricem em habuiſſe.* An, vt ne quid ciuis turpe in ſe aderet.] *A voluntate.* Vt cum vno ætatem degeret.] *enim eſt pudicitia, niſi vnius ſcientia viri?* Actum t, ne agas.] *Aiunt dicimus, cùm prouerbium ſigniur. Acta res eſt de qua ſententia prolata ſit.* Donec cero hoc.] *Vergilius, donec me flumine viuo Ablue-* rfecero.] *Pro perficiam.* Ineptis.] *Vt à ſapientia ſaimus: ita ab ineptia ineptis.* Sine modo.] *Hæc mis ſunt verba & bene, imitatus eſt enim comminan-* Tuus eſt damnatus gnatus, non tu.] *Ludit Phorum dicit non tu: & contemptibiliorem in hac cauſa nem, quam Antiphonem fuiſſe, dicit: ſimulq; ætatem eſſe deſpectam.* Tuus eſt dānatus gnatus, nō tu.] *voluntate contendentis eſt prolatio ſententiæ.* Illum to quæ ego nunc dico dicere.] *Diffinitiue reſponū* vxore hac.] *Id eſt, tali.* Tute idē melius feceris.] *eſt hic, vt oſtendat Phormio de compacto egiſſe cum*

*Antiphone.* Tute idem melius feceris.] *Quidam ſic intelligunt, Tute idem melius feceris, vt ſenex potius exeat quam eijciat filium. Artificioſe autem loquitur Phormio vt adimat ſuſpicionem ſeni conſenſionis & conuentioni inter paraſitum & filium.* Sedulo.] *Sine dolo, inſtanter* Diſſimulat.] *Fingit, mentitur.* Quin quod eſt ferendum, feras.] *Cur non, inquit, accommodas neceſſitati voluntatem:* Quæ tuam ſenectutem oblectet] *Non te ſed ſenectutem tuam.* Minue verò iram.] *Contemnenti eſt, diſſuadere iracundiam.* Hoc age.] *Annuentis eſt.* Dixi Phormio.] *Dixi ſolent dicere perorata cauſſa.* Dixi Demipho.] *Mirè comminationem, & ferocitatem eius imitatus eſt ſimili verbo.* Si quid opus fuerit] *Hæc repentina diſceſſio habet aliquam maiorem litigaturi denunciationem. Et bene breuiter, ne multiloquio infringeretur ſuperior comminatio.*

# ACTVS II. SCENA IIII.

DEMIPHO. GETA. HEGIO. CRATINVS. CRITO. *aduocati.*

QVanta me cura & ſolicitudine afficit
Gnatus, qui me & ſe hiſce impediuit nuptijs?
Neq; mihi in conſpectum prodit, vt ſaltem ſciam
Quid de hac re dicat, quidve ſit ſententiæ.
Abi tu, viſe redieritne iam, an nondum, domum.
GE. Eo. DE. audietis quo in loco res hæc ſiet.
Quid ago? dic Hegio. HE. ego Cratinum cenſeo,
Si tibi videtur. DE. dic Cratine CR. méne vis?
DE. Te. CR. ego quæ in rem tuam ſint, ea velim facias: mihi
Sic hoc videtur: quod te abſente hic filius
Egit, reſtitui in integrum æquum eſt, & bonum,
Et id impetrabis: dixi. DE. dic nunc Hegio.
HE. Ego ſedulo hunc dixiſſe credo. verum ita eſt,
QVOT HOMINES, tot ſententiæ: ſuus cuiq; mos.
Mihi non videtur, quod ſit factum legibus
Reſcindi poſſe: & turpe inceptu eſt. DE. dic Crito.
CR. Ego amplius deliberandum cenſeo:
Res magna eſt. HE. nũquid nos vis? D. feciſtis probe
Incertior ſum multò quam dudum. GE. negant

Redil

d'ſſe. pr. frater eſt expectandus mihi. ſ
iod mihi de teri? de hac re conſilium, id exequar:
·contatum ibo ad portum, quoad ſe recipiat.
. At ego Antiphonem quæram, vt quæ acta hic
unt, ſciat.
d eccum ipſum video in tempore huc ſe recipere.

Vanta me cura & ſolicitudine afficit gnatus.] *Cura eſt in ſpe bonorum: Solicitudo in metu malorũ.* anta me cura & ſolicitudine] *Hæc deliberatiua eſt, ua tres aduocati ſunt, quorum vnus ſuadet: alter diſdet: tertius qui ſe alteri ucri addere debuiſſet, eiuſmodi entiam dicit, vt rurſum deliberatione opus eſſe videa*. Ego Cratinum cenſeo] *Poteſt Ego diſtingui, vt audiatur Ego dicam.* Quæ in rem tuam ſint.] *Bene ıcipio beneuolentiam ſuam commendauit: & ſic conſim dedit.* Aequum eſt.] *Ab honeſto* Et bonum.] *Ab i.* Et id impetrabis.] *A poſſibili. Et breuiter delibera tres locos tetigit, Iuſtum, vtile, poſſibile.* Et ſedulò ıc dixiſſe credo.] *Artificioſe perſonam defendit, ſeniam reprehenſurus, ne ſi inimicus ſit, adimat autorita ſententiæ ſuæ.* Verum ita eſt.] *Subiunxit locum ἀπρεπῶς oratoriæ: vt inuidiæ contradicturus occurreret.* hi non videtur.] *A poſſibili.* Quod ſit factum legi ] *Hic alio ordine locos ſuaſoriè tetigit: primum à poſ ili: ſecundum ab honeſto.* Et turpe inceptu eſt] *Ab neſto. Vtilitatem autem prætermiſit per artem quæ vbi poteſt fieri, ſi uſtra ſpectatur.* Res magna eſt. *Cauſa pliandi ſententiam.* Incertior ſum multò quàm dum.] *Ex tribus enim vnus ſuaſit, alter diſſuaſit, tertius il dixit.* In tempore ſe huc recipere. *εὐκαίρως. Sal ius, Maximeque ferocia regis Mitridatis in tempore laturi.*

## ACTVS. III. SCENA I.

*Iambici quadrati catalectici.*

ANTIPHO. GETA.

I Nimuero Antipho multis modis cum iſtoc animo es vituperandus:
Itane hinc abiiſſe, & vitam tuam tutandam aliis dediſſe?

Alios tuam rem magis credidiſti, quam te, animaduerſuros?

Nam vt erant alia, illi certe, quæ nunc domi tuæ eſt, conſuleres,

ul. potiretur. Ne quid propter tuā fidem decepta *pateretur mali:

Cuius nunc miſeræ, ſpes, opesque ſunt in te vno omnes ſitæ.

GE. Equidem here nos iam dudum hic te abſentem incuſamus qui abieris.

AN. Teipſum quærebam. GE. ſed ea de cauſa nihilo magis deficimus.

AN. Loquere obſecro, quónam in loco ſunt res & fortunæ meæ?

Nunquid patri ſubolet? GE. nihil etiam. AN. & quid ſpei porrò eſt? GE. neſcio. AN. ah.

GE. Niſi Phædria haud ceſſauit pro te eniti. AN. nihil fecit noui.

GE. Tum Phormio itidem in hac re, vt in alijs, ſtrenuum hominem præbuit.

AN. Quid is fecit? GE. confutauit verbis admodum iratum patrem.

AN. Heu Phormio. GE. ego quod potui porro. ANT. mi Geta omneis vos amo.

GE. Sic habent principia ſeſe, vt dico: adhuc tranquilla res eſt,

Manſuruſque patruum pater eſt, dum huc aduenjat AN. quid eum? GE. vt aiebat, (attinet

De eius conſilio velle ſeſe facere, quod ad hanc rem

AN. Quantus metus eſt mihi venire huc ſaluum nunc patruum Geta?

Nam per eius vnam (vt audio) aut viuam, aut moriar, ſententiam.

GE. Phædria tibi adeſt. AN. vbínam? GE. eccum à ſua palæſtra exit foras.

ENimuerò Antipho multis modis cum iſtoc animo.] *Cum iſtoc animo, pro, huius animi. Ennius, Optima cum pulchris animis, Romana iuuentus.* Itáne hinc abiſſe, & vitam tuam. *ἐν ὑποκρίσει. vt, Inuidiſſe deos patrijs vt redditus oris Coniugium optatum, & pulchram Calydona viderem? Et, Seruon' fortunas meas commiſiſſe futili?*

*ſutili?* Alios tuam rem.] *Ab infinitiuo ad indicatiuum :ranſitum facit.* Credidiſti.] *Pro putaſti.* Pateretur ma-i.] *Legitur & potiretur, quia potiri τὸ παλαιὸν fuit. Plau us, Hoſtium potitus eſt.* Spes opesq; ſunt.] *Hæc quidem le his ſunt, quæ amanti* * Spes opeſque ſunt.] *Vt resq; ìdesque.* Qui abieris.] *Mollius, quam fugeris.* Sed ea :auſſa.] *Quia abieris.* Nunquid patri ſubolet.] *Conue-ιientia ſua & Phormionis dicit.* Confutauit verbis.] *'onuicit: vt ſi diceret refutauit, ſed refutatio in rem eſt: 'onfutatio in perſonam.* Ego quod potui porrò.] *De ſe nediocriter per ἔκλειψιν, moraliter ſatis.* Ego quod po-ui porrò.] *Ordine, primo dominum, poſt Phormionem, ltimum ſe poſuit.* Huc ſaluum nunc patruum Geta?] *Non optat ſaluum patruum venire ſecundum Apollodo-um, & oſtendit non congruere ſalutem eius cum commo-'o ſuo. An non dicit malum eſſe & incommodum ſibi; ſed antum magni terroris plenum aduentum patrui?* A ſua alæſtra exit foras.] *Bene palæſtram eius dixit lenonis omum, in qua eſt exercitus amator aſſidue. Plautus, Ab-'ine à palæſtra, vbi demens deſudaſcitur.*

## ACTVS III. SCENA II.

*Troch. tetram. cat. permixtis iambis quadrat. acat.*

PHAEDRIA. DORIO, *leno.*
ANTIPHO. GETA.

DOrio, audi obſecro. DO. non audio. PH. parumper. DO. quin omitte me.
·H. Audi quid dicam. DOR. at enim tædet iam audire eadem millies.
·H. At nunc dicam quod lubenter audias. DO. loquere, audio.
H. Nequeo te exorare, vt maneas triduum hoc? quò nunc abis?
·O. Mirabar, ſi tu mihi quidquam afferres noui.
N. Hei, metuo lenonem, ne quid ſuo ſuat capiti. GE. idem ego metuo.
H. Non mihi credis? DO. hariolare. PH. ſin fidem do. DO. fabulæ.

PH. Fœneratum iſtuc beneficium tibi pulchrè dice
DO. logi.
PH. Crede mihi, gaudebis facto: verum hercle ho
eſt. DO. ſomnium.
PH. Experire, non eſt longum. DO. cantilenam ea
dem canis.
PH. Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus, tu. DO.
garris modo.
PH. Adeó ne ingenio te eſſe duro, atq; inexorabili
Vt neq; miſericordia, neq; precibus molliri quea
DO. Adeón te eſſe incogitantem, atq; impudente
Phædria,
Vt phaleratis dictis ducas me, & meã ductes grati
AN. Miſeritum eſt. PH. heu veris vincor. GE. quàm
terq; eſt ſimilis ſui. (din
P. Neq; Antipho alia cum occupatus eſſet ſolicit
Tum hoc eſſe mihi obiectum malum? AN. ah qu
iſtuc autem eſt Phædria?
PH. O fortunatiſſime Antipho. AN. egóne? PH. c
quod amas domi eſt.

In huiuſmo- Nec cum huiuſmodi vnquam vſus venit vt conf
di elidunt ctares malo. (neco lupu

AN. Mihíne domi eſt? imò quod aiunt, AVRIBVS T
Nam neq; quo amittam à me, inuenio: neq; vti re
neam,* ſcio. (tie

al. neſcio.

D. Ipſum iſtuc mihi in hoc eſt. A. eia, ne parum ler
Num quid hic ſo fecit? PH. hiccine? quod hom
inhumaniſſimus.
Pamphilam meam vendidit. GE. quid? vendidit? A
ait? vendidit?
PH. Vendidit. DO. quàm indignum facinus, anci
lam ære emptam ſuo. (fide
P. Nequeo exorare vt maneat, & cum illo vt mut
Triduum hoc dum id, quod eſt promiſſum ab am
cis, argentum aufero. (tis ſie
Si non tum dedero, vnã præterea horam ne oppe
DO. Obtundis. AN. haud longum eſt id quod ora
Dorio exoret ſine
Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, con
duplicauerit.

DO. Verb

DO. Verba iſtæc ſunt. AN. Pamphilámne hac vrbe priuari ſinis?

Tum præterea horunc amorē diſtrahi poterin' pati?

DO. Neque ego neque tu. GE. di tibi omnes id quod eſt dignum duint.

DO. Ego te compluris aduorſum ingenium meum menſes tuli

Pollicitantem, flentem, & nihil ferentem: nunc contra hæc omnia

Repperi, qui det, neque lachrumet: da locum melioribus.

AN. Certe hercle ſi ſatis commemini, tibi quidem olim eſt dies,

Quam ad dares huic, præſtituta. PH. factum. DO. num ego iſtuc nego?

AN. Iámne ea præteriit? DO. non, verum ei hæc anteceſſit. AN non pudet

Vanitatis? DO. minime, dum ob rem. GE. ſterquilinium. PH. Dorio, vtere.

Itáne tandem facere oportet? DO. ſic ſum: ſi placeo,

AN. Siccine hunc decipis? DO. imò enimuero Antipho hic me decipit.

Nam hic me huiuſmodi ſciebat eſſe: ego hunc eſſe aliter credidi.

Is me fefellit: ego iſti nihilo ſum aliter, ac fui.

Sed vt vt hæc ſunt, tamen hoc faciam: cras manè argentum mihi

Miles ſe dare dixit: ſi mihi prior tu attuleris Phædria,

Mea lege vtar, vt potior ſit, qui prior ad dandum eſt. Vale.

DOrio audi obſecro.] *Hæc ſcena in petitione eſt, quæ ſæpe admittit deliberatiuæ locos.* Dorio. audi obſecro.] *Sunt qui ſic legant, vt Dorio Phædria dicat: audi leno: obſecro iterum Phædria.* Quin omitte me.] *Quin modo corripiendi vel imperandi vim habet. vt, Quin age.* Heu metuo lenonem, ne quid ſuo ſuat capiti.] *Deeſt Mali. Suat autem, appingat atque affigat.* Suo ſuat capiti.] ἀποσιώπησις διὰ τὸν εὐφημισμόν. *Suo capiti dixit, cū dicturus eſſet Phædriæ. vt, Dardaniiq; rogum capitis.* Fœneratum.] *Ab vtili.* Fœneratum iſtuc beneficium ti-

bi.] *Id eſt, mihi à te fœneratum.* Verum herclè hoc eſt.] *Bene ipſe dictum ſuũ confirmauit.* Cantilenam eandem canis.] *Ita dicit, vt, Vetus & vulgata cantio.* Tu mihi cognatus.] *Ab honeſto.* Tu parens, tu amicus, tu] *Secunda ἀποσιώπησις.* Phaleratis dictis.] *Honeſtis atq; ornatis: quia dixit, Tu mihi cognatus, tu parens: & quaſi leno, irridet honeſtatem & deſpicit.* Miſeritum eſt.] *ἀγωνεία.* Heu veris vincor.] *Hoc ſibi dicit adoleſcens.* Neque Antipho alia cũ occupatus eſſet ſolicitudine.] *Hoc dolet Phædria, quod in eadẽ re laborauit Antipho: i. in amore: quodq́; amare contigerit.* Neque Antipho alia.] *Minore aliqua ſolicitudine quàm hæc eſt, quam nunc gerit in alia, præter hanc quam de me gerit. Ordo & ſenſus hic eſt, Neq; tunc eſſe mihi hoc obiectum malum, cum Antipho alia ſolicitudine eſſet occupatus leui quapiam, non hac de nuptiis, quæ eſt grauiſſima.* Vnquam vſus venit.] *Opus, aut neceſſe fuit.* Auribus teneo lupum.] *Græcum prouerbium τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον, οὔτ᾽ ἔχειν, οὔτ᾽ ἀφεῖναι δύναμαι.* Ne parum leno ſies.] *ἔλλειψις, deeſt enim Vereris.* Aere emptam ſuo.] *Bene ſuo, quaſi de tertia perſona.* Conduplicauerit.] *Coniunctiuum pro indicatiuo: id eſt, conduplicabit. Hoc eſt, aliter: Fœneratum iſtuc beneficium pulchrè tibi dices.* Nihil ferentem, flentem.] *ὅμοιον τῷ [illegible], vſitatum veteribus.* Tibi quidem olim eſt dies.] *Hic olim futuri temporis. Nam leno de accipienda ab adoleſcente pecunia diem conſtituerat: & inuenta meliori conditione, anticipauerat tẽpus cum adoleſcente præſcriptum.* Iámne ea præterijt?] *Interrogatiuè pronunciandum.* Non, verum ei hæc anteceſſit.] *Vrbane leno hac anteceſſit: vt alij putãt, meretrix vendita. vt alij, dies qua lenoni conſtitutum fuit. An apertè leno perfidus mentitur? vnde ſequitur:* Non pudet vanitatis?] *Ergo plus eſt Anteceſſit, quàm Præterijt.* Non pudet vanitatis?] *Apparet ſupra lenonem de perfidia anticipati tẽporis eſſe confeſſum.* Mea lege vtar.] *Lenonia ſcilicet, in qua ſẽper cõmodũ eſt prius, quàm fides.*

## ACTVS III. SCENA III.

*Troch. tetram. catal. permixtis paucis Iamb. quadrat. catalectic.*

PHÆDRIA. ANTIPHO. GETA.

Quid

Vid faciam? vnde ego nunc tam ſubito huic argentum inueniam miſer,
minus nihilo eſt? quod ſi hic potuiſſet nunc
corarier
luum hoc, promiſſum fuerat. AN. itáne hunc paemur Geta
i miſerum, qui me dudum, vt dixti, adiuuerit coniter?
in, cum opus eſt, beneficium rurſum ei experiaiur reddere?
Scio equidem hoc eſſe æquum. AN. age ergo,
olus ſeruare hunc potes.
Quid faciam? AN. inuenias argentum. GE. cuio: ſed id vnde, edoce.
Pater adeſt hic. GE. ſcio, ſed quid tum? AN. ah, ditum ſapienti ſat eſt.
Itáne? AN. ita. GE. ſane hercle pulchre ſuades: etiam tu hinc abis? (mali:
n triumpho, ex nuptiis tuis ſi nihil nanciſcor
etiam nunc me huius cauſſa quærere in malo iu-
beas crucem?
. Verum hic dicit. PH. quid? ego vobis Geta alieius ſum? GE. haud puto.
l parúmne eſt, quod omnibus nunc nobis ſuccenſet ſenex,
inſtigemus etiam, vt nullus locus relinquatur
preci?
. Alius ab oculis meis illam in ignotum hinc abducet locum? hem.
m igitur licet, dumque adſum, loquimini mecum Antipho:
ntemplamini me. AN. quamobrem? aut quídnam
facturus, cedo?
Quoquo hinc aſportabitur terrarum, certum
eſt perſequi. (tamen.
t perire. G. di bene vortant quod agas, pedetētim
Vide ſi quid opis potes afferre huic. GE. ſi quid,
quid? AN. quære obſecro,
quid [illegible] minúsve faxit, quod nos poſt pigeat
Geta.

GE. Quæro: ſaluos eſt, vt opinor: verum enim i
tuo malum.

AN. Noli metuere: vnà tecum bona, malaque te
rabimus.

GE. Quantam opus eſt tibi argenti? loquere. PH.
læ triginta minæ.

GE. Triginta? hui, percara eſt Phædria. PH. iſtæc
rò vilis eſt.

GET. Age, age, inuentas reddam. PHAE. ô lepid
caput.

GE. Aufer te hinc. PH. iam opus eſt. GE. iam feres
Sed opus eſt mihi Phormionem ad hanc rem ac
torem dari.

AN. Præſto eſt: audaciſſime oneris quid vis impo
& feret:

SOLVS eſt homo amico amicus. GE. eamus ergo
eum ocyus.

PH. Abi: dic, præſto vt ſit domi.

AN. Nunquid eſt quod opera mea vobis opus
GE. nihil: verum abi domum,

Et illam miſeram, quam ego nunc intus ſcio eſſe
animatam metu,

Conſolare: ceſſas? AN. nihil eſt, æquè quod faci
lubens.

PH. Qua via iſtuc facies? GE. dicam in itinere: mo
te hinc amoue.

QVid faciam?] *οἰκονομία ad futurum exitum con
diæ.* Minus nihilo.] ὑπερβολή Adiuuerit.] *Secu
dum u pronunciari debet.* Adiuuerit comiter.] *Comi
veteres dixerunt παρὰ τὸ κόσμιος.* Quid faciam?] *Con
ter, quamuis vterque intelligat quid alteruter dicat, di
mulant tamen.* Ni etiam nunc me huius cauſa quæ
re in malo iubes crucem.] *Quaſi dicat, in malo ali
malum.* Relinquatur preci.] *Bene preci.* Pedetentim
*Caute à pedibus, & tentando.* Pedetentim tamen.] *E
quidam ſic accipiunt, tanquam Getæ dicat Antipho,
caute aggrediatur ſenem fallere.* Iſtæc verò vilis eſt.]
*matorie.* Solus eſt homo amico amicus.] *Apollodori
μόνος γὰρ ἐπίσταται φιλεῖν τοὺς φίλους.*

ACTV

# ACTVS IV. SCENA I.

DEMIPHO. CHREMES.

Vid? qua profectus cauſſa hinc es Lemnum Chremes? Senarij.
Iuxtine tecum filiam? CH. non. DE. quid ita non?
Poſtquam videt me eius mater eſſe hic diutius,
ul autem non manebat ætas virginis
am negligentiam ipſam cum omni familia
me profectam eſſe aiebant. D. quid illic tam diu
æſo igitur commorabare, vbi id audiueras?
Pol me detinuit morbus. DE. vnde? aut qui? CH.
ogas?
NECTVS ipſa eſt morbus: ſed veniſſe eas
nas audiui ex nauta, qui illas vexerat.
M. Quid gnato obtigerit me abſente, audiſtin' Chreme?
. Quod quidē me factum, conſilij incertum facit.
m hanc conditionem ſi cui tulero extrario,
io pacto, aut vnde mihi ſit, dicendum ordine eſt.
mihi fidelem eſſe æquè, atque egomet ſum mihi
bam: ille ſi me alienus affinem volet,
cebit, dum intercedet familiaritas:
i ſpreuerit me, plus quàm opus eſt cito, ſciet.
eorque ne vxor aliqua hoc reſciſcat mea:
uod ſi fit: vti me*excutiam, atque egrediar domo, excutiat.
reſtat: nam ego meorum ſolus ſum meus.
E. Scio ita eſſe: & iſtæc mihi res ſolicitudini eſt:
eque deferi ſcar vnquam ego experirier,
onec tibi id, quod pollicitus ſum, effecero.

QVid? qua profectus cauſa?] *Hæc eſt narratio ſimplex.* Senectus ipſa eſt morbus.] *Apollodorus τὸ γῆρας ἐστιν αὐτὸ νόσημα.* Hanc conditionem ſi cui tule-ro.] *νεολογία. quia ferre conditionem alicui dicimus.* Te mihi fidelem eſſe æquè.] *Mirè admixtum ante complexam ſententiam de extraneo, Te mihi fidelem eſſe, &c* Tacebit dum intercedit familiaritas.] *Incertum quando prodi tum iri ſe dicat: ante, an poſt nuptias* Vt me excutiam.] *Legitur & excutiat.* Meorum ſolus ſum meus.] *Apollo-*

*Apollodorus*, ἐγὼ γὰρ εἰμὶ μόνος τῶν ἐμῶν ἐμός. Donec id quod pollicitus ſum effecero.] *Vergil. donec me mine viuo Abluero.*

## ACTVS IV. SCENA II.

### GETA.

EGo hominem callidiorem vidi neminem,
Quàm Phormionem: venio ad hominem, vt cerem
Argento opus eſſe, & id quo pacto fieret:
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat:
Gaudebat: me laudabat: quærebat ſenem:
Dis gratias agebat, tempus ſibi dari,
Vbi Phædriæ ſe oſtenderet nihilo minus
Amicum eſſe, quàm Antiphoni: hominē ad fori
Iuſſi opperiri: eò me eſſe adducturum ſenem.
Sed eccum ipſum: quis eſt vlterior? at at Phædriæ
Pater venit: ſed quid pertimui autem bellua?
An quia, quos fallam, pro vno duo ſunt mihi da
Commodius eſſe opinor duplici ſpe vtier.
Petam hunc, vnde à primo inſtitui: is ſi dat, ſat eſt
Si ab hoc nihil fiet, tum hunc adoriar hoſpitem.

VEnio ad hominem.] *Venuſte repetitum, homine* Hunc adoriar hoſpitem.] *Aſtute hoſpitem de eo q ſuperuenit: nomen aptum imprudenti rerum, atque al no ab earum ſcientia. Salluſt. Vitam ſicuti peregrinan tranſigere, &c.*

## ACTVS IV. SCENA III.

### ANTIPHO. GETA. CHREMES. DEMIPHO.

Senarius. EXpecto quàm mox recipiat huc ſeſe Geta:
Sed patruum cum patre video aſtantem. hei mi
Quàm timeo, aduentus huius quo impellat patren
GE. Adibo hoſce: ô noſter Chremes. CH. ſalue Get
GE. Venire ſaluum volup' eſt. CH. credo. GE. qui agitur?
CH. Multa aduenienti, vt fit, noua hic compluria.
G. Ita de Antiphone audiſtine quæ facta? C. omni

'únc dixeras huic? facinus indignum Chreme:
rcumiri? DE. cum hoc id agebam commodum.
Nam hercle ego quoq; id quidem mecum agi-
ns ſedulo,
ni opinor, remedium huic rei. DE. quid Geta?
d remedium? GE. vt abii abs te, fit forte obuiã
Phormio? CH. qui Phormio? GE. is, qui iſtam.
H. ſcio.
Viſum eſt mihi, vt eius tentarem ſententiam:
endo hominem ſolũ, cur non inquã, Phormio
s, inter vos ſic hæc potius cum bona
mponantur gratia, quàm cum mala?
s liberalis eſt, & fugitans litium.
cæteri quidem hercle amici omnes modo
o e autores fuêre, vt præcipitem hanc daret.
Quid hic cœptat? aut quò euadet hodie? GE. an
gibus
rum pœnas dices, ſi illam eiecerit?
id exploratum eſt: eia ſudabis ſatis,
m illo in ceptas homine. ea eloquentia eſt.
um pone eſſe victum eum, at tandem tamen
capitis eius res agitur, ſed pecuniæ.
quam hominem his verbis ſentio mollirier,
ſui. es nunc hic inquã, eho dic quid velis dari
in manum, vt herus his deſiſtat litibus.
hinc faceſſat, tu moleſtus ne ſies.
Satin' illi di ſunt propitii? GE. nam ſat ſcio,
aliquam partem æqui bonique dixeris,
ſt ille bonus vir, tria non commutabitis
ba hodie inter vos. DE. quis te iſtæc iuſſit loqui?
Imò non potuit melius peruenirier
quò nos volumus. AN. occidi. CH. perge eloqui.
A primo homo inſanibat. CH. cedo, quid po-
ulat?
Quid? nimium: quantum libuit. CH. dic. GE. ſi
uis daret
entum magnum. C.* dic malum hercle: vt nihil al. im.
udet?
Quod dixi adeo ei: quæſo quid ſi filiam
m vnicam locaret? parui retulit

Non

Si legas ad pauca vt redeat, conſtat verſus, forte n ad elidi- ur d.

Non ſuſcepiſſe: inuenta eſt, quæ dotem petat.
Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias?
Hæc denique eius fuit poſtrema oratio:
Ego, inquit, iam à principio amici ſi iam,
Ita vt æquum fuerat, volui vxorem ducere:
Nam mihi veniebat in mentem eius incōmodum
In ſeruitutem pauperem ad ditem dari:
Sed mihi opus erat, vt aperte tibi nunc fabuler,
Aliquantulum quæ afferret, quî diſſoluerem
Quæ debeo, & etiam nunc, ſi vult Demipho
Dare, quantum ab hac accipio quæ ſponſa eſt mi
Nullam mihi malim, quàm iſtanc vxorem dari.
AN. Vtrum ſtultitia facere ego hunc, an malitia,
Dicam: ſcientem, an imprudentem, incertus ſum.
DE. Quid ſi animam debet? GE. ager oppoſitus pignori
Ob decē minas, inquit. DE. age age iā ducat. dat
GE. Aediculę item ſunt ob decem alias. DE hoi h
Nimium eſt. CH. ne clama: petito hasce à me dece
GE. Vxori emunda ancillula eſt: tum autē pluſcu
Supellectile opus eſt: opus eſt ſumptu ad nuptias
His rebus pone ſane, inquit, decem minas.
DE. Sexcētas proinde potius ſcribito iā mihi dic
Nihil do: impuratus me ille vt etiam irrideat?
CH. Quæſo ego dabo, quieſce. tu modo filius
Fac vt illam ducat, nos quam volumus. AN. hei mi
Geta, occidiſti me tuis fallaciis.
CH. Mea cauſſa eiicitur: me hoc æquū eſt amitter
GE. Quantum potes me certiorem, inquit, face:
Si illam dant, hanc vt omittam, ne incertus ſiem.
Nam illi mihi dotem iam conſtituerunt dare.
CH. Iam accipiet: illis repudium renunciet,
Hanc ducat. DE. quæ quidem illi res vortat male.
CH. Opportune adeo nunc argentum mecū attuli,
Fructum quem Lemni vxoris reddunt prædia:
Id ſumam: vxori, tibi opus eſſe, dixero.

EXpecto quàm mox recipiat ſe Geta.] *Ad terrorem cumulandum perſona Antiphonis interponitur: vt e adaucto metu amittendæ vxoris, maior vis fiat repentinæ*

*læti*

iæ. Volup' eſt.] *Hoc volup nomen eſt, vt hoc facul. im veteres per ἀποκοπὴν loquebantur.* Complu-] *Secundum regulam locutus eſt. nam hoc complure, & ompluria.* Noua hic compluria.] *Sic veteres, quod i dempta ſyllaba complura dicunt. Sic Cato originum ido, Fana hoc loco cōpluria. Cicero in Protagora, Con-andi genera compluria.* Credo.] *Quia veteres hoc e, non hoc plus dicebant.* Commodum.] *Commoda natio eſt temporis.* * Cōmodum, tantum quod.] *lius, Quod mihi commodum eſt, aut vda veſtimenta fuerant.* Is qui iſtam.] *ἀποσιώπησις tertia, deeſt ob-t nobis, aut defendit, aut quid tale.* Fugitans li-o.] *Genitiuo caſui vim nominis habet Fugitans iuri-: accuſatiuo, vim participij.* Fugitans litium.] *Qua-od vult in domino facere, id iam in eo eſſe dicit, præ-ns hominem ad contemptum pecuniæ, quæ poſcitur m.* Dari tibi in manum.] *Datur ei in manum, qui ratim accipit, ſine arbitro, aut interprete, vt præua-tor, aut iudex corruptus.* Hæc hinc faceſſat.] *Pro ſe faciat, id eſt, abeat: vt huc ſe faciat, huc accedat ificat.* Hæc hinc faceſſat.] *Procedat: alias faciat. o duas res ſignificat hoc vnum verbum. An hinc fa-at prouerbialiter, quaſi hinc faciat? Plaut. Argentum c facite. Huc te fac, dicitur pro huc accede.* Aliquam tem.] *Etſi non totum, vel aliquam partem.* Verba die inter vos.] *Sic dicebant iurgiū ſignificantes. Pro-e verba cōmutare, eſt quod altercari dicimus.* Quid? nium: quantum libuit.] *Apud quoſdam diuerſæ ſonæ cum verbis ſingulis.* Parui retulit.] *Nihil inter-t, vel parum interfuit: id eſt, nihil profuit.* Non ſu-piſſe, inuenta eſt, quæ dotem petat.] *In Græca fa-la ſenex hoc dicit, Quid intereſt, me non ſuſcepiſſe filiā, modo dos dabitur aliena?* Sed mihi.] *παρένθεσις prima.* d mihi opus erat.] *Inductio doli eſt. nam ante quàm at, petendi cauſam ingerit.* Quæ afferret qui diſſol-rem.] *Quia, ſi opum cauſa habendarum dotatam quæ-ret, minor eſſet neceſſitas captandæ opulentioris: æs alie-m addidit, cui rei nihil opponi poteſt.* Ab hac accipio æ ſpōſa eſt mihi.] *Mirè accipio: non, accepturus ſum. definitum modum ponit, ne de ſumma dotis ſuperſit diſpu-*

*diſputatio.* Vtrum ſtultitia facere.] *παρέλκον terti hoc idem enim valet Vtrum quod An.* Scientem an prudentem.] *ἀντίθετον. ſecundum. nam ſcienti imprudentem reddidit.* Quid ſi animam debet?] *Græcum uerbium, καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν ὀφείλει.* Ager oppoſi eſt pignori ob decem minas.] *Aſtute non protinus ginta minas dixit ſed paulatim colligit, vt partibus c geſtis in ſumma ſenex minus grauetur. nam ſi ſemel d ret deterreret parciſſimum ſenem. Denique auditis de minis, ſtatim reſpondet, dabo; conceduntur ab alio dec de reliquis ſupereſt dubitatio: nam difficilis ad dandi* Sumptu ad nuptias.] *Opus eſt, ſubauditur.* Pone ne inquit decem minas.] *Bene ſanè, quaſi plus quida exigat, ſed hoc contentus ſit.* Sexcentas proinde pot ſcribito iam mihi dicas.] *Perſpicere hinc licet conſi tudinem vtriuſque ſermonis nam Apollodorus μυρ dixit pro multis. Et vt apud Græcos μυρία, ita apud ſexcenta, dicere pro multis vſitatum eſt. Cicero. Sexce poſſum decreta proferre.* Mea cauſa eiicitur. me hoc æquum amittere.] *Ratio cur ipſe viginti dare deb minas, dante Demiphone decem.* Quantum potes i certiorem.] *Feſtinat Geta. ſcit enim dixiſſe lenonem, M lege vtar, vt potior ſit, qui prior ad dandum eſt.* Qui quidem illi res vertat male.] *Non deſinit poeta oſtend re auaritiam Demiphonis, qui nec ideo libenter fert d aliquid Phormioni, quia ſic commodum ei eſt. Vergil. H illi, quod nec bene vertat, mittimus hœdos.* Mecum a gentum attuli.] *Comicum, argentum præſto eſt: & cau ſa additur cur præſto, & vnde ſit: ſimul iracundiæ vx ris & iurgio præparatur locus.* Fructum, quem Lemn &c.] *Et Lemni, & Lemno legitur.* Reddunt prædia. *χρῆμα ἐπεξήγησις. & propriè de fructu, reddunt.* Id ſu mam.] *Non fructum, ſed argentum.* Id ſumam.] *Impendam, vnde & ſumptus dictus.* Vxori tibi opus eſſ dixero.] *Bene eſſe, non fuiſſe: ne iam repetendum videretur.* Opus eſſe dixero.] *Adiunctiuum pro indicatiuo, vt in Eunucho, Perculeris tu iam me.*

ACTVS

# ACTVS IV. SCENA IV.

ANTIPHO. GETA.

Eta. GE.hem. AN.quid egiſti? G.emunxi argento ſenes. Senarii.
atin' id eſt? G. neſcio hercle: tantum iuſſus ſum.
.Eho verbero,aliud mihi reſpondes,ac rogo?
.Quid ergo narras? A. quid ego narrē? opera tua
reſtim mihi quidem res rediit planiſſume:
te quidem omnes dii, deæq;, ſuperi, inferi,
lis exemplis perdant: hem,ſi quid velis,
ic mandes,quod quidem recte curatum velis,
i te ad ſcopulum è tranquillo inferat.
id minus vtile fuit,quàm hoc vlcus tangere,
: nominare vxorem? iniecta eſt ſpes patri
ſſe illam extrudi: cedo,nunc porrò Phormio
tem ſi accipiet,vxor ducenda eſt domum:
id fiet? GE.non enim ducet. AN.noui: cæterum
m argentum repetent,noſtra cauſſa ſcilicet
eruum potius ibit. GE. NIHIL EST Antipho,
in male narrando poſſit deprauarier:
id quod boni eſt,excerpis: dicis quod mali eſt.
di nunc contra iam: ſi argentum acceperit,
cenda eſt vxor,vt ais: concedo tibi:
tium quidem tandem apparandis nuptiis,
candi,ſacrificandi dabitur paululum:
erea amici,quod polliciti ſunt,argentum dabūt.
ſtis reddet. AN.quamobrem? aut quid dicet? GE.
ogas?
ot res poſt iſta monſtra euenerunt mihi?
oiit in ædes ater alienus canis.
guis per impluuium decidit de tegulis,
lina cecinit: interdixit hariolus,
ſpex vetuit ante brumam aliquid noui
otii incipere,quæ cauſſa eſt iuſtiſſima.
e fient. AN.vt modo fiant. GE.fient: me vide:
er exit: abi,dic eſſe argentum Phædriæ.

Munxi argento ſenes.] *Mirè, cùm è contrario dicatur emunctus homo elegans & facetus, vt Horatius de lio, Emunctæ naris inquit.* Satin' id eſt?] *Hoc eſt,*

